CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXII

SANCTI AMBROSI OPERA

PARS X

EPISTULAE ET ACTA
TOM. II
EPISTULARUM LIBRI VII–VIIII

POST OTTONEM FALLER RECENSVIT
MICHAELA ZELZER

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXX

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM
VOL. LXXXII

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXII

SANCTI AMBROSI OPERA

PARS X

EPISTULAE ET ACTA

TOM. II

EPISTULARUM LIBRI VII–VIIII

POST OTTONEM FALLER RECENSVIT
MICHAELA ZELZER

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXX

SANCTI AMBROSI OPERA

PARS X
EPISTULAE ET ACTA
TOM. II

EPISTULARUM LIBRI VII–VIIII

POST OTTONEM FALLER RECENSVIT
MICHAELA ZELZER

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXX

OMNIA IVRA RESERVATA
© VERLAG HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY WIEN 1990

ISBN 3-209-01007-2

VINDOBONAE
Ex officina typographica Ernesti Becvar

INDEX

Praefatio IX

Epistularum ordo genuinus cum Maurinorum ordine comparatus X

Maurinorum ordo cum epistularum ordine genuino comparatus XIII

PROLEGOMENA

De Ambrosi epistulis nobis relictis . . XV

De decem epistularum libris

1 Quae causae Ambrosium ipsum epistularum libros composuisse demonstrent XVII

2 Qua ratione epistularum libros Ambrosius composuerit XIX

2.1 De singulis singulorum librorum epistulis XIX

2.2 De epistularum libris I–VIIII . . . XXXIV

2.2.1 De epistulis in libros distributis . . XXXIV

2.2.2 De Ambrosi epistularum genere . . XXXV

3 Quo tempore epistularum libros Ambrosius composuerit XXXVIII

4	Quomodo decem epistularum libri traditi sint	XL
4.1	De codicibus ad textum constituendum adhibitis	XL
4.2	Quomodo codices inter se cohaereant	XLIV
4.2.1	De codicibus AK(V)	XLV
4.2.2	De ceteris decem librorum codicibus	XLVIII
4.2.21	De codicibus EHMOSWYZ	XLVIII
4.2.22	De codice N	LIII
4.2.23	De codicibus BFLGPC	LIII
4.3	De codicibus singulas epistulas complexis	LVIII
4.4	Conclusio et codicum stemma . . .	LX
4.5	De editionibus	LXI
5	De textu constituendo	LXVIII

Appendix: Descriptio codicum LXXIII

TEXTUS EPISTULARUM

Libri septimi

Ep. 36 (Maur. 2) 3
Ep. 37 (Maur. 47) 20
Ep. 38 (Maur. 55) 23
Ep. 39 (Maur. 46) 27
Ep. 40 (Maur. 32) 36
Ep. 41 (Maur. 86) 40
Ep. 42 (Maur. 88) 41
Ep. 43 (Maur. 3) 41
Ep. 44 (Maur. 68) 43
Ep. 45 (Maur. 52) 44
Ep. 46 (Maur. 85) 45
Ep. 47 (Maur. 87) 47

Ep. 48 (Maur. 66) 48
Ep. 49 (Maur. 59) 54
Ep. 50 (Maur. 25) 56
Ep. 51 (Maur. 15) 60
Ep. 52 (Maur. 16) 67
Ep. 53 (Maur. 91) 71

Libri octavi

Ep. 54 (Maur. 64) 72
Ep. 55 (Maur. 8) 77
Ep. 56 (Maur. 5) 84
Ep. 57 (Maur. 6) 98
Ep. 58 (Maur. 60) 112
Ep. 59 (Maur. 84) 117
Ep. 60 (Maur. 90) 118
Ep. 61 (Maur. 89) 119

Libri noni

Ep. 62 (Maur. 19) 121
Ep. 63 (Maur. 73) 142
Ep. 64 (Maur. 74) 149
Ep. 65 (Maur. 75) 156
Ep. 66 (Maur. 78) 160
Ep. 67 (Maur. 80) 165
Ep. 68 (Maur. 26) 169
Ep. 69 (Maur. 72) 178

Praefatio

Plus viginti annis post primum epistularum Ambrosianarum tomum ab Ottone Faller et septem annis post tertium tomum a me editos secundus libros VII–VIIII continens demum in lucem prodit. Quos libros ab O. Faller aliquo modo constitutos me brevi tempore edituram in voluminis terti praefatione promisi, sed et ad editionem perficiendam et ad prolegomena componenda multo plus operae atque laboris quam rerum inscia putaveram impendendum erat nec non officiis ad CSEL promovendum pertinentibus tempus diesque consumebantur. Quae cum ita sint, huic volumini indices non addidi. Tomum quartum indices locorum nominum omniumque verborum et correctiones additamentaque continentem brevi tempore me a Ludmilla Krestan adiutam publici iuris facturam spero.

Restat ut omnibus gratias agam, quorum auxilio in his epistulis edendis adiuta sum, imprimis Angelo Paredi, bibliothecae Ambrosianae praefecto optime merenti, qui et libros ad Ambrosium pertinentes et codicum exemplaria lucis ope expressa mihi semper liberaliter dono dedit, deinde Bernardo Bischoff, qui mihi quo tempore et loco codices antiquiores scripti essent liberalissime indicavit, et omnibus bibliothecarum praefectis, qui codicum exemplaria lucis ope expressa in usum mihi tradiderunt, tum Dorotheae Weber, quae plagulis correctis ad textum constituendum et interpungendum aliquid contulit, nec non marito meo, qui in prolegomenis componendis et plagulis corrigendis iterum iterumque me adiuvit.

Vindobonae, die festo S. Ambrosi (Dec. 7)
anno domini MCMLXXXVIIII

Michaela ZELZER

Epistularum ordo genuinus cum Maurinorum ordine comparatus

Liber primus	ep. 1 =	Maur. 7	*Iusto*
	ep. 2 =	Maur. 65	*Simpliciano*
	ep. 3 =	Maur. 67	*Simpliciano*
	ep. 4 =	Maur. 27	*Irenaeo*
	ep. 5 =	Maur. 4	*Felici*
	ep. 6 =	Maur. 28	*Irenaeo*
Liber secundus	ep. 7 =	Maur. 37	*Simpliciano*
	ep. 8 =	Maur. 39	*Faustino*
	ep. 9 =	Maur. 79	*Bellicio*
	ep. 10 =	Maur. 38	*Simpliciano*
(Liber quartus)[1]	ep. 11 =	Maur. 29	*Irenaeo*
	ep. 12 =	Maur. 30	*Irenaeo*
	ep. 13 =	Maur. 31	*Irenaeo*
	ep. 14 =	Maur. 33	*Irenaeo*
	ep. 15 =	Maur. 69	*Irenaeo*
	ep. 16 =	Maur. 76	*Irenaeo*
	ep. 17 =	Maur. 81	*Clericis*
Liber quintus	ep. 18 =	Maur. 70	*Orontiano*
	ep. 19 =	Maur. 71	*Orontiano*
	ep. 20 =	Maur. 77	*Orontiano*
	ep. 21 =	Maur. 34	*Orontiano*
	ep. 22 =	Maur. 35	*Orontiano*
	ep. 23 =	Maur. 36	*Orontiano*
	ep. 24 =	Maur. 82	*Marcello*
	ep. 25 =	Maur. 53	*Theodosio imp.*
	ep. 26 =	Maur. 54	*Eusebio*
Liber sextus	ep. 27 =	Maur. 58	*Sabino*
	ep. 28 =	Maur. 50	*Chromatio*
	ep. 29 =	Maur. 43	*Orontiano*
	ep. 30 =	Maur. 24	*Valentiniano imp.*
	ep. 31 =	Maur. 44	*Orontiano*
	ep. 32 =	Maur. 48	*Sabino*

[1] Libri tertii epistulae cum aliquibus librorum II et IIII epistulis perierunt.

	ep. 33 = Maur. 49	*Sabino*
	ep. 34 = Maur. 45	*Sabino*
	ep. 35 = Maur. 83	*Sisinnio*
Liber septimus	ep. 36 = Maur. 2	*Constantio*
	ep. 37 = Maur. 47	*Sabino*
	ep. 38 = Maur. 55	*Eusebio*
	ep. 39 = Maur. 46	*Sabino*
	ep. 40 = Maur. 32	*Irenaeo*
	ep. 41 = Maur. 86	*Siricio*
	ep. 42 = Maur. 88	*Attico*
	ep. 43 = Maur. 3	*Felici*
	ep. 44 = Maur. 68	*Romulo*
	ep. 45 = Maur. 52	*Titiano*
	ep. 46 = Maur. 85	*Siricio*
	ep. 47 = Maur. 87	*Foegadio et Delfino*
	ep. 48 = Maur. 66	*Romulo*
	ep. 49 = Maur. 59	*Severo*
	ep. 50 = Maur. 25	*Studio*
	ep. 51 = Maur. 15	*Anatolio Munerio* al.
	ep. 52 = Maur. 16	*Anysio*
	ep. 53 = Maur. 91	*Candidiano*
Liber octavus	ep. 54 = Maur. 64	*Irenaeo*
	ep. 55 = Maur. 8	*Iusto*
	ep. 56 = Maur. 5	*Syagrio*
	ep. 57 = Maur. 6	*Syagrio*
	ep. 58 = Maur. 60	*Paterno*
	ep. 59 = Maur. 84	*Cynegio*
	ep. 60 = Maur. 90	*Antonio*
	ep. 61 = Maur. 89	*Alypio*
Liber nonus	ep. 62 = Maur. 19	*Vigilio*
	ep. 63 = Maur. 73	*Irenaeo*
	ep. 64 = Maur. 74	*Irenaeo*
	ep. 65 = Maur. 75	*Clementiano*
	ep. 66 = Maur. 78	*Orontiano*
	ep. 67 = Maur. 80	
	ep. 68 = Maur. 26	*Irenaeo*
	ep. 69 = Maur. 72	*Constantio*
Liber decimus	ep. 70 = Maur. 56	*Theophilo*
	ep. 71 = Maur. 56a	*De Bonoso episcopo*
	ep. 72 = Maur. 17	*Valentiniano imp.*
	ep. 72a = Maur. 17a	*Relatio Symmachi*
	ep. 73 = Maur. 18	*Valentiniano imp.*

	ep. 74 = Maur. 40	*Theodosio imp.*
	ep. 75 = Maur. 21	*Valentiniano imp.*
	ep. 75a = Maur. 21a	*Contra Auxentium*
	ep. 76 = Maur. 20	*Marcellinae*
	ep. 77 = Maur. 22	*Marcellinae*

Epistulae extra collectionem

Corpus I	ep. 1 = Maur. 41	*Marcellinae*
	ep. 1a = Maur. 40	*Theodosio imp.*
	ep. 2 = Maur. 61	*Theodosio imp.*
	ep. 3 = Maur. 62	*Theodosio imp.*
	ep. 4 = Maur. 10	*Grat. Val. Theod. impp.*
	ep. 5 = Maur. 11	*Grat. Val. Theod. impp.*
	ep. 6 = Maur. 12	*Grat. Val. Theod. impp.*
	ep. 7	*Grat. Val. impp.*
	ep. 8 = Maur. 14	*Theodosio imp.*
	ep. 9 = Maur. 13	*Theodosio imp.*
	ep. 10 = Maur. 57	*Eugenio imp.*
Corpus II	ep. 11 = Maur. 51	*Theodosio imp.*
	ep. 12 = Maur. 1	*Gratiano imp.*
	ep. 13 = Maur. 23	*Epp. Aemil.*
	ep. 14 = Maur. 63	*Vercellensi ecclesiae*
	ep. Sir. = Maur. 41a	*Diversis episcopis*
	ep. 15 = Maur. 42	*Siricio papae*

Gesta concili Aquileiensis

ep. 1 = Maur. 9	*Epp. Vienn. et Narb.*
ep. 2 = Maur. 10	*Grat. Val. Theod. impp.*
Acta = Maur. ante ep. 9	

Maurinorum ordo cum epistularum ordine genuino comparatus

Classis I

Maur. ep. 1 = Extra coll. 12
Maur. ep. 2 = ep. 36
Maur. ep. 3 = ep. 43
Maur. ep. 4 = ep. 5
Maur. ep. 5 = ep. 56
Maur. ep. 6 = ep. 57
Maur. ep. 7 = ep. 1
Maur. ep. 8 = ep. 55
Maur. ep. 9 = Gesta conc. Aquil. ep. 1
Maur. ep. 10 = Extra coll. 4, Gesta ep. 2
Maur. ep. 11 = Extra coll. 5
Maur. ep. 12 = Extra coll. 6
Maur. ep. 13 = Extra coll. 9
Maur. ep. 14 = Extra coll. 8
Maur. ep. 15 = ep. 51
Maur. ep. 16 = ep. 52
Maur. ep. 17 = ep. 72
Maur. ep. 17a = ep. 72a
Maur. ep. 18 = ep. 73
Maur. ep. 19 = ep. 62
Maur. ep. 20 = ep. 76
Maur. ep. 21 = ep. 75
Maur. ep. 21a = ep. 75a
Maur. ep. 22 = ep. 77
Maur. ep. 23 = Extra coll. 13
Maur. ep. 24 = ep. 30
Maur. ep. 25 = ep. 50
Maur. ep. 26 = ep. 68
Maur. ep. 27 = ep. 4
Maur. ep. 28 = ep. 6
Maur. ep. 29 = ep. 11
Maur. ep. 30 = ep. 12
Maur. ep. 31 = ep. 13
Maur. ep. 32 = ep. 40
Maur. ep. 33 = ep. 14
Maur. ep. 34 = ep. 21
Maur. ep. 35 = ep. 22
Maur. ep. 36 = ep. 23
Maur. ep. 37 = ep. 7
Maur. ep. 38 = ep. 10
Maur. ep. 39 = ep. 8
Maur. ep. 40 = ep. 74, = Extra coll. 1a
Maur. ep. 41 = Extra coll. 1
Maur. ep. 41a = ep. Sirici
Maur. ep. 42 = Extra coll. 15
Maur. ep. 43 = ep. 29
Maur. ep. 44 = ep. 31
Maur. ep. 45 = ep. 34
Maur. ep. 46 = ep. 39
Maur. ep. 47 = ep. 37
Maur. ep. 48 = ep. 32
Maur. ep. 49 = ep. 33
Maur. ep. 50 = ep. 28
Maur. ep. 51 = Extra coll. 11
Maur. ep. 52 = ep. 45
Maur. ep. 53 = ep. 25
Maur. ep. 54 = ep. 26
Maur. ep. 55 = ep. 38
Maur. ep. 56 = ep. 70
Maur. ep. 56a = ep. 71
Maur. ep. 57 = Extra coll. 10
Maur. ep. 58 = ep. 27
Maur. ep. 59 = ep. 49
Maur. ep. 60 = ep. 58
Maur. ep. 61 = Extra coll. 2
Maur. ep. 62 = Extra coll. 3
Maur. ep. 63 = Extra coll. 14

Classis II

Maur. ep. 64 = ep. 54
Maur. ep. 65 = ep. 2

Maur. ep. 66 = ep. 48
Maur. ep. 67 = ep. 3
Maur. ep. 68 = ep. 44
Maur. ep. 69 = ep. 15
Maur. ep. 70 = ep. 18
Maur. ep. 71 = ep. 19
Maur. ep. 72 = ep. 69
Maur. ep. 73 = ep. 63
Maur. ep. 74 = ep. 64
Maur. ep. 75 = ep. 65
Maur. ep. 76 = ep. 16
Maur. ep. 77 = ep. 20
Maur. ep. 78 = ep. 66
Maur. ep. 79 = ep. 9
Maur. ep. 80 = ep. 67
Maur. ep. 81 = ep. 17
Maur. ep. 82 = ep. 24
Maur. ep. 83 = ep. 35
Maur. ep. 84 = ep. 59
Maur. ep. 85 = ep. 46
Maur. ep. 86 = ep. 41
Maur. ep. 87 = ep. 47
Maur. ep. 88 = ep. 42
Maur. ep. 89 = ep. 61
Maur. ep. 90 = ep. 60
Maur. ep. 91 = ep. 53

Fortasse si quis omnes epistularum Ambrosianarum codices inspexerit, melius de earum ordine iudicare poterit.

M. Ihm (1889)

PROLEGOMENA

DE AMBROSI EPISTULIS NOBIS RELICTIS

Ex epistulis ab Ambrosio episcopo scriptis 77 ordine quodam in decem libros lacuna quadam mutilatos distributae, 16 extra hanc collectionem traditae nobis servatae sunt.

Epistulae quaedam ab Ambrosio non editae extra decem librorum collectionem servatae duobus corporibus traduntur, quorum prius epistulas ad res publicas pertinentes complexum a Paulino Ambrosi notario et biographo editum esse verisimile est, posterius inter alias epistulam post stragem Thessalonicensem ad Theodosium occulte missam continens saeculo nono Mediolani ut videtur compositum est. Utrumque corpus paucis codicibus servatur[1]. Accedunt duae epistulae Actis concili Aquileiensis praefixae, quas Ambrosius episcoporum congregatorum nomine et auctoritate composuit[2].

De decem epistularum libris hoc volumine, de epistulis extra collectionem servatis et de Actis concili Aquileiensis nec non de singulis libri decimi epistulis volumine tertio agitur.

---

[1] Cf. CSEL 82/3, LXXXIVsqq.

[2] Cf. CSEL 82/3, CLIIsqq.

Nonnullae aliae hodie non exstant epistulae, e.g. quam episcopus nuperrime electus ad Basilium episcopum Caesariensem a. 374/375 scripsit, cuius responsum servatum est[3], epistulae ad Satyrum fratrem, ad Marcellinam sororem, ad Aurelium Augustinum[4], ad Theodosium Augustum[5], ad Q. Aurelium Symmachum[6], ad Gaudentium episcopum Brixianum[7], ad Nectarium episcopum Constantinopolitanum[8] aliosque missae. Paulinus Ambrosium paulo ante mortem litteras ad Fritigil Marcomannorum reginam dedisse tradit, quibus *in modum catechismi* qualis reginae fides esse deberet exposuerit[9].

---

[3] Bas. ep. 197.

[4] Cf. conf. 9,13.

[5] Septem epistulae ad Theodosium datae exstant (epp. 25 et 74; extra coll. 2. 3. 8. 9. 11).

[6] Octo litterae commendaticiae a Symmacho ad Ambrosium datae exstant (epp. III 30–37).

[7] Cf. Gaud. serm. 16 (PL 20,956).

[8] Cf. Soz. hist. eccl. 8,6.

[9] Vit. 36.

DE DECEM EPISTULARUM LIBRIS

1 Quae causae Ambrosium ipsum epistularum libros composuisse demonstrent

1.1 Libris I–VIIII epistulae de privatis rebus, libro vero decimo de rebus publicis scriptae non servato temporis ordine collectae inveniuntur; ex quo Ambrosianum epistularum corpus ad exemplar Pliniani compositum esse intellegitur. Hoc per saecula non apparuit epistularum ordine ab alio editore alio modo confuso (cf. 4.5). Postquam iam Maximilianus Ihm in fine ep. 32 ad Sabinum episcopum Placentinum et amicum missae haec Ambrosi verba animadvertit *Haec tecum prolusimus. Quae in libros nostrarum epistularum referam si placet atque in numerum reponam*[1], Otto Faller hanc collectionem longe lateque divulgatam Ambrosium ipsum composuisse conclusit eiusque ordinem codicibus traditum in libris I–VI edendis secutus est.

1.2 Neque vero totum epistularum corpus nobis servatum esse e subscriptionibus apparet; nam in omnibus antiquioribus et multis recentioribus codicibus[2] legitur

post ep. 6 *Explicit liber primus Incipit liber secundus*

---

[1] Studia Ambrosiana, Leipzig 1889,75: „Epistulas ipse Ambrosius in libros redigebat, ut testatur ep. 48,7" (= 32,7), sed 58 adnotavit: „Longe alius ordo epistularum in editionibus vetustioribus et codicibus est, sed melius constitutus est ab editoribus Maurinis. In codice Vaticano saec. IX/X saepius laudato decem epistularum libri distinguuntur, sed qua ratione in ordinem sint redactae parum intellegi potest. Certe temporum ordo servatus non est, neque ab ipso Ambrosio ita dispositas esse verisimile est." Codex ille Vaticanus idem est ac codex E (cf. 4.1.1).

[2] Subscriptiones in codicibus F (s.X/XI) et HOP (s.XII) semper desunt; in codicibus OP epistularum ordo mutatus est (cf. 4.1).

post ep. 17 *Explicit liber quartus Incipit liber quintus*
post ep. 26 *Explicit liber quintus Incipit liber sextus*
post ep. 35 *Explicit liber sextus Incipit liber septimus*
post ep. 53 *Explicit liber septimus Incipit liber octavus*
post ep. 61 *Explicit liber octavus Incipit liber nonus*
post ep. 69 *Explicit liber nonus Incipit liber decimus.*

Ultimae ergo libri secundi, omnes libri terti et primae libri quarti epistulae desunt; quot epistulae amissae sint non liquet. Cum autem et lacuna et librorum subscriptiones omnibus in antiquioribus codicibus inveniantur, antiquis non medii aevi temporibus eas ortas esse epistularumque ordinem ab Ambrosio ipso distributum esse manifestum est.

1.3 Quo ex epistularum ordine restituto epistulam quandam ad Theodosium imperatorem missam non solum in libro decimo (= ep. 74) servatam esse elucet, sed etiam primae extra collectionem epistulae annexam; hac prima epistula Ambrosius Marcellinae sorori exposuit, qua ratione epistulam ad Theodosium simul ad eam missam scripsisset et quomodo quod postulasset ab eo impetravisset. Cum huius epistulae simul ad sororem missae textus nonnullis locis a textu eiusdem epistulae decimo libro receptae differat, Ambrosium ipsum hanc epistulam, qua imperatorem valde offenderat, edendam nonnullis locis mutavisse elucet (Cf. CSEL 82/3, XXIsq.).

Accedit quod Ambrosius in epistulae 32 iam memoratae initio libros nondum editos examinandos Sabino amico se misisse indicat eumque hortatur his verbis: *Adsume igitur benivolenti animo aurem versutiae et pertracta omnia, sermones vellica, si in his non forenses blanditiae et suasoria verba, sed fidei sinceritas est et confessionis sobrietas. Notam adpone ad verbum dubii ponderis et fallacis staterae, ne quod pro se esse adversarius interpretetur.*

1.4 Ambrosium itaque non solum decem epistularum libros ipsum composuisse, sed etiam epistulas edendas aliquo modo correxisse et mutavisse manifestum est.

2 Qua ratione epistularum libros Ambrosius composuerit

2.0 Cum in his libris componendis Plini epistularum corpus imitaretur, libro decimo Ambrosius epistulas quasdam et genuinas et de rebus publicis scriptas collegit, quibus quomodo in rebus ecclesiasticis et ipse egisset et imperatores agere deberent ostendit[1]. Libros autem I–VIIII ad res privatas attinentes qua ratione composuerit e singulis epistulis breviter describendis elucebit.

2.1 De singulis singulorum librorum epistulis

Libri primi

Epistula I **Iusto** fratri inscribitur, legato Gallorum et episcopo Lugdunensi, quem Aquileiae in concilio a. 381 habito Ambrosius eximia laude extulit[2]. Qui cum paulo post concilium finitum in heremum Aegyptiam secessisset, Maurini hanc epistulam ante annum 381 scriptam esse putaverunt; immo certo anno eam tribui non posse infra monstrabo (cf. 3.2).

Quae prima epistula his verbis incipit: *Pulchre admones, frater, ut epistulares fabulas et sermonem absentium ad interpretationem conferamus oraculi caelestis, interrogans me, quid significet illud didrachmum, cuius dimidium Hebraeus praecipitur offerre pro redemptione animae suae. Quid enim tam consociabile quam de divinis rebus sermonem contexere?* Hoc loco ad exemplar Philonis operis 'Quis rerum divinarum

---

[1] De his epistulis cf. CSEL 82/3, XXIIIsqq.

[2] Cf. Act. 15 *Quid etiam dicit dominus meus Iustus?*. Cf. et E. Bouette, LThK 3, 1230.

heres' inscripti sollerter illustrato his verbis desinit: *Vale et si non infructuose didrachmum istud commissum mihi arbitraris, iterum si quid habes committere ne dubitaveris.*

Cum in epistulae fine moneatur *et tu ergo ad similitudinem domini unus esto atque idem, non hodie sobrius, cras ebrius, hodie pacificus, crastina die litigiosus ... Mutatur enim unusquisque morum varietate et fit alter ... Grave est enim mutari in peius* (223sqq.), Maximilianus Ihm haec verba ad ullum episcopum directa non esse arbitratus primam epistulam ad episcopum Lugdunensem missam esse improbabile duxit; cui Gustavus Rauschen iam vocibus *et ideo tu, Christiane, istum non imiteris* (l.147) non illum episcopum sed omnes christianos admoneri opposuit[3]. Iohannes B. Bauer[4] vero ultimam huius epistulae partem ex Origenis in librum I Regum commentario sumptam esse ostendit, ubi prima huius libri verba, *erat vir unus ex ...*, hoc modo exposita inveniuntur: *Vide si non hoc ipsum ad laudem pertinet iusti ... Nos qui adhuc peccatores sumus, non possumus istum titulum laudis acquirere, quia unusquisque nostrum non est unus sed multi. Intuere namque mihi illius vultum nunc irati, nunc iterum tristis, paulo post rursum gaudentis et iterum turbati et rursum lenis, ... nos ... quia semper mutamus sententias et semper diversa cupimus ... unus non possumus dici. De iustis autem non solum per singulos unus dicitur, verum et omnes competenter unus dicuntur ... Nam etiam illud ... 'audi Istrahel, dominus deus tuus deus unus est' ... per hoc magis unus dici intelligendus est, quod numquam a semet ipso alter efficitur.*

Epistula II **Simpliciano** data est, qui presbyter *pater* erat *in accipienda gratia tunc episcopi Ambrosii et quem vere ut patrem diligebat*, ut Augustinus scripsit (conf. 8,1), et

[3] Ihm, Stud. Ambr. 41; G. Rauschen, Jahrbücher der christlichen Welt unter dem Kaiser Theodosius dem Großen, Freiburg/Br. 1897, 106 not. 10.

[4] Per litteras mihi datas; cf. Orig. in libr. I Reg. hom. 1,4.

Ambrosio mortuo episcopus Mediolanensis successit[5]. Cui quibusdam libri Exodi vocibus moto idem Philonis opus ac in prima epistula secutus Ambrosius respondet his verbis desinens: *Vale et nos parentis adfectu dilige, ut facis* (cf. ep. 7,11sq. *in eo tamen quoniam et veteris adfectum amicitiae et, quod plus est, paternae gratiae amorem recognosco*).

Epistula III item **Simpliciano** quibusdam libri Deuteronomi verbis in epistula priore adhibitis moto ad exemplar Philonis operis 'De fuga et inventione' inscripti respondet.

Epistula IIII **Irenaeo** inscribitur, quem multi viri docti clericum ecclesiae Mediolanensis, J. P. Palanque centurionem fuisse putat[6]; tamen e tredecim epistulis ad eum datis quis fuerit non elucet. Cui quibusdam libri Genesis vocibus moto idem Philonis opus ac in epistula praecedenti secutus Ambrosius respondet.

Epistula V **Felici** per amicitiam circa Kal. Novembres anni ignoti scripta est, episcopo Comensium ab Ambrosio ordinato, cuius *sermonem* cum legisset, *non mediocrem sumpsi*sse se *ad convalescendum gratiam* Ambrosius scripsit eumque rogavit ut ad basilicam a Bassiano[7] episcopo Laudensi constructam veniret dedicandam. Et Felix et Bassianus rescripto ad Sirici epistulam a. 393 composito (= ep. extra coll. 15) subscripserunt.

Epistula VI **Irenaeo** inscripta *Pythagoricum mandatum* quoddam *in aliquorum scriptis praedica*tum, sc. in Philonis opere 'Quod omnis probus liber sit' inscripto, exponit.

---

[5] De Simpliciano, qui ad conversionem Mari Victorini et Aureli Augustini multum attulit, cf. J. Blinzler, LThK 9,772sq. Augustinus ei opus De diversis quaestionibus dedicavit.

[6] Cf. Deux Correspondants de saint Ambroise, Orontien et Irénée, REL 11, 1933, 153–163; qua de causa A. Paredi, S. Ambrogio e la sua età, Milano ^{2}1960, 498, de eo adnotavit: „probabilmente un ufficiale." Irenaeum clericum fuisse nuper J. P. Mazières, Les Lettres d'Ambroise de Milan à Irenaeus, Pallas 26, 1979, 103–114, contendit.

[7] Cf. J. Baur, LThK 2, 48sq. Bassianus et concilio Aquileiensi a.381 interfuit, cf. CSEL 82/3, 325sqq.

Libri secundi

Epistula VII **Simpliciano** inscribitur, in qua post librum 'De Iacob et vita beata' a. fere 386 editum componenda Ambrosius de quibusdam Pauli apostoli sententiis exordium sumens et idem Philonis opus ac in epistula praecedenti adhibens copiose tractat *quod omnis sapiens liber* (ep. 10,5).

Epistula VIII **Faustino** data est, Eusebi amici Bononiensis filio[8], quem de sororis morte Servi Sulpici ad Ciceronem de Tulliae obitu litteras imitatus (ad fam. 4,5,4) Ambrosius consolatur. Qui cum Ciceronis verbis *tot igitur semirutarum urbium cadavera prostrata ac diruta* usus (ad fam. 4,5,4) aliqua Galliae cisalpinae oppida deleta describat, terrae motum qui a. 394 eas regiones quassavit memorare videtur.

Epistula VIIII **Bellicio** ignoto missa est, qui gravi aegritudine affectus ad fidem Christianam se convertit sed baptismum differt.

Epistula X **Simpliciano** inscripta epistulam VII persequitur.

Libri quarti (secundum O. Faller)[9]

Epistula XI **Irenaeo** inscripta versiculum quendam e psalmis sumptum Plotini sententiis quibusdam adhibitis explicat.

Epistula XII **Irenaeo** inscripta quendam prophetae Aggaei versum Origenis commentariis in duodecim prophetas adhibitis tractat.

Epistula XIII **Irenaeo** quaerenti *differentia caritatis utrum sit aliqua apud deum eorum qui a pueritia crediderint*

[8] Cf. ep. 38,1.

[9] Cum ultimae libri secundi, omnes libri terti et primae libri quarti epistulae desint, quae epistulae libro secundo et quae libro quarto adnumerandae sint nescimus.

et eorum qui iuventutis aut posterioris aetatis processu eodem Origenis opere ac in epistula praecedenti adhibito respondet.

Epistula XIIII **Irenaeo** quibusdam superioris epistulae verbis moto ad exemplar Philonis operis 'De Cain et Abel' inscripti respondet.

Epistula XV **Irenaeo** interroganti quendam libri Deuteronomi versum explicat.

Epistula XVI **Irenaeo** poscenti *summam epistulae quae ad Ephesios scripta est* praebet.

Epistula XVII **Clericis** inscripta a. 393 vel 394 ad ecclesiae Mediolanensis clericos missa videtur, cum Ambrosius, ne Eugenium in Italiam ducentem conveniret, Mediolano relicto Bononiam Faventiam Florentiam migrasset, unde sub Kalendas Augustas anni 394 domum revertit[10]. Qua epistula clericos ut in munere divino maneant neve labores reformident monet.

Libri quinti

Epistula XVIII **Orontiano** inscribitur, ad quem clericum a se ut videtur ordinatum Ambrosius novem epistulas direxit[11]. Origenis commentarios in duodecim prophetas secutus *lapsae* animae *conversionem in Michea* propheta considerat.

Epistula XVIIII item **Orontiano** inscripta *de ecclesiae filia sermo* est.

Epistula XX **Orontiano** quaerenti *quae sit rei divinae hereditas* respondet.

Epistula XXI **Orontiano** interroganti *utrum anima caelestis esse videatur substantiae* Origenis commentario in epistulam ad Romanos adhibito respondet.

---

[10] Cf. J.-R. Palanque, Saint Ambroise et l'empire Romain, Paris 1933, 475; Paredi [2]498sq. O. Faller vero nihil ad hanc epistulam adnotavit.

[11] Cf. de eo not. 6.

Epistula XXII **Orontiano** inscripta epistulam praecedentem eodem Origenis opere adhibito complet.

Epistula XXIII **Orontiano** inscripta his verbis incipit: *Concatenantur sibi epistulae nostrae, ut tamquam inter praesentes videamur sermonem caedere* (cf. Terent. Heaut. 243); *ita ego ex tua interrogatione tuque ex mea explanatione epistulis scribendis materiam damus. Moveri enim te indicasti, de quo spiritu dictum sit quia 'postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus'* (Rom. 8,26). Qui versus ad exemplar Origenis commentarii explanatur.

Epistula XXIIII **Marcello** episcopo sedis ignotae data *veternosum iurgium*, ad quod diiudicandum Ambrosius ipse iudex constitutus erat, ita finivit, ut nemo vinceretur et omnes vincerent (cf. l.51).

Epistula XXV **Theodosio imperatori** aestate a. 392 missa eius rescripto de Valentiniani imperatoris morte et sepultura diu exspectato respondet. Qua epistula Ambrosius dolet imperatorem iuvenem, qui in Galliis retentus in summo vitae periculo a nullo sacerdote nisi a se ipso baptizari cupiverit, mortuum esse priusquam ad eum venerit. De rebus publicis quibus tunc Theodosi imperatoris vice functus est nihil dicit nisi *mandatum tuum servo et commendo domino* (l.57)[12].

Epistula XXVI **Eusebio** amico Bononiensi neque vero episcopo, ut quidam viri docti putaverunt[13], de rebus privatis scripta est; ad hunc amicum, qui sibi Ambrosiam neptem neptesque educandos tradidisset, Ambrosius et epistulam 38 et libellum de institutione virginis a. 391/392 confectum dedit.

---

[12] Cf. M. Zelzer, Ambrosius von Mailand und das Erbe der klassischen Tradition, WSt 100 (1987), 206sq.

[13] Rauschen 344; Palanque 470. Sed cf. Ihm 29 et 53 („vix episcopus Bononiensis, ... potius civis quidam nobilis").

Libri sexti

Epistula XXVII **Sabino** episcopo Placentino, qui concilio Aquileiensi a. 381 habito interfuit, a. 395 in. data est. Qua epistula de mirabili Paulini (sc. Nolani) et Therasiae coniugis conversione agitur.

Epistula XXVIII **Chromatio** inscribitur, qui presbyter concilio Aquileiensi a. 381 habito interfuit et Valeriano episcopo Aquileiensi a. 387 mortuo successit. Hanc epistulam, qua de Balaam propheta secundum Philonis opus 'De vita Mosis' inscriptum agitur, in vitae fine Ambrosium composuisse ex ultimis verbis elucet: *Hoc munusculum sanctae menti tuae transmisi, quia vis me aliquid de veterum scriptorum interpretationibus paginare. Ego autem adsumpsi epistulas familiari sermone adtexere* (cf. Cic. ad fam. 9,21,1) *redolentes aliquid de patrum moribus ... Malo enim senilibus verbis de supernis rebus alucinari tecum ..., ne videar artem desisse* (cf. Cic. fam. 7,1,4), *quam concitatioribus deflare aliquid iam nec studiis nostris aptum nec viribus.*

Epistula XXVIIII **Orontiano** post Exameron libros a. fere 386 editos data quaestiunculam quandam *lecto Examero* ortam secundum Philonis opus 'De opificio mundi' inscriptum tractat.

Epistulam XXX **Valentiniano imperatori** inscriptam Ambrosius a. 384 exeunte Augusta Treverorum domum revertens ex itinere misit. Postquam paucis verbis se post Gratiani mortem a. 383 exeunte legatum pro eo ad Maximum esse missum memoravit, ad eundem iterum legatus missus quomodo cum illo egerit et ab illo male tractatus sit narrat. Maurini aliique Ambrosium hanc legationem post sedatam Iustinae persecutionem a. 386 ex. vel 387 in. suscepisse putaverunt hoc est paucis mensibus antequam Maximus in Italiam descendit[14].

[14] Cf. Ihm 46.

Epistula XXXI **Orontiano** data ad libros Exameron supplendos quid numeri septem et octo significent secundum Philonis opus 'De opificio mundi' inscriptum explicat.

Epistula XXXII **Sabino** inscripta his verbis incipit: *Remisisti mihi libellos, quos tuo iudicio probatiores habebo. Ideo misi alios, non iudicii favore delectatus, sed promissa a te et petita a me veritate inlectus. Malo enim tuo corrigatur iudicio si quid movet, priusquam foras prodeat ... quam laudari a te quod ab aliis reprehendatur.* Professione fidei data his verbis desinit: *Haec tecum prolusimus. Quae in libros nostrarum epistularum referam, si placet, atque in numerum reponam, ut tuo commendentur nomine et tuis ad nos et nostris ad vos litteris augeatur mutuus amor per dominum ... Placet iam, quod senibus usu facilius est, cottidiano et familiari sermone epistulas texere* (cf. Cic. ad fam. 9,21,1) *et si quid de scripturis divinis obvium inciderit adtexere.* In dissertatiuncula 'Sant'Ambrogio conobbe Plinio il giovane?' a. 1972 edita Franciscus Trisoglio, postquam Ambrosium hac in epistula Plini minoris sententias imitatum esse monstravit (e.g. § 1 *malo – corrigatur* cf. Plin. ep. 8,19,2; *calculum* cf. ep. 1,2,5; *facile – iudicare* cf. 6,33,11; cf. et epp. 7,20 et 8,7 ad Cornelium Tacitum missas), his verbis conclusit: „Delle lettere, quella contrassegnata ... con il n. XXXII nel Faller ... nei primi tre paragrafi presenta una densa maglia di analogie pliniane così da superare per intensità qualsiasi altro testo ambrosiano."[15]

Epistula XXXIII **Sabino** data his verbis incipit: *Quoniam tibi quoque conplacuit nostrarum usus epistularum, in quibus quidam inter absentes praesentium sermo est, pergam frequentius te in meis scriptis et cum solus sum adloqui ... Tunc ergo te magis teneo et de scripturis confero et prolixiorem simul sermonem caedimus* (cf. Terent. Heaut. 243). Deinde

[15] Riv. Stud. Class. 20, 1972, 363–410; loc. cit. 377sqq. et 408.

ex exemplis e scriptura sancta haustis quanti sit pretii vita solitaria derivatur.

Epistula XXXIIII **Sabino** *lecto Examero* requirenti, *quam* de paradiso *habeat sententiam*, ad exemplar Philonis operis 'De opificio mundi' inscripti respondet.

Epistula XXXV **Sisinnio** cuidam data Ambrosium gaudere demonstrat, quod filio, qui eo *inconsulto uxorem accepisset*, a se rogatus veniam dederit.

Libri septimi

Epistula XXXVI **Constantio** episcopo Claternensi ut videtur missa est, quem nuper electum ut ecclesiam in mari et fluminibus regat psalmistae verbis usus hortatur, deinde quae haec verba significent secundum Philonis opus 'De Ioseph' inscriptum exponit. Quem cum admoneat ut *ecclesiam quae est ad Forum Corneli* (hodie Imola) ... *de proximo intervisat frequentius, donec ei ordinetur episcopus* (ll. 323sq.), Franciscus Lanzoni episcopum civitatis Claternensis prope Forum Iulium sitae (hodie Quaderna) fuisse putavit[16]. Cum Ambrosius verbis *habes illic Illyrios de mala doctrina Arrianorum. Cave eorum zizania ... Advertunt quid propter suam perfidiam acciderit sibi* (ll. 327sqq.) Valentis cladem Hadrianopolitanam mense Augusto a. 378 acceptam memoraverit et *occupatus diebus ingruentibus quadragesimae* (ll. 325sq.) Forum Corneli migrare nequiverit, hanc epistulam mense Martio ineunte a. 379 scriptam esse elucet. Num eidem episcopo epistula 69 inscripta sit non liquet.

Epistula XXXVII **Sabino** inscripta cur *senilem sermonem* scribere quam dictare Ambrosius praeferat et quid sentiat de epistolari genere explicat.

Epistula XXXVIII **Eusebio** amico Bononiensi per

[16] Le Diocesi d'Italia dalle origini al principio del secolo VII, 2, Faenza 1927, 770–772; cf. ep. 8,23.

amicitiam post mensem Martium a. 392 missa est (cf. appar. font. ad l. 3sq. et ep. 26).

Epistula XXXVIIII **Sabino** data est, qua de Apollinaris haeresi agitur.

Epistula XL **Irenaeo** inscripta his verbis incipit: *'Clamavit perdix, congregavit quae non peperit.' Licet enim mihi de superioris fine epistulae sequentis mutuari exordium. Celeberrima quaestio* ... ; quam quaestionem Origenis in Hieremiam prophetam commentario adhibito Ambrosius solvere studet. Cum in initio epistulae praecedentem memoretur, multi viri docti contra omnium fere codicum testimonium[17] hanc quoque epistulam ad Sabinum episcopum missam esse contenderunt contra Ambrosi modum et rationem, cum in subscriptione *vale fili* ut ad laicum neque 'vale frater' ut ad episcopum scripserit (cf. et 2.2.13).

Epistula XLI **Siricio** fratri per amicitiam missa est, pontifici Romano annorum 384–399 ut videtur (cf. ep. 46). Hac brevi epistula de Prisco litterarum perlatore agitur.

Epistula XLII **Attico** per amicitiam data est, verisimiliter eidem ac Nonio Attico Maximo, praefecto praetorio Italiae a. 384 et consuli a. 397, qui Symmachi epistulas VII 30–34 accepit[18]. Hac brevi epistula iterum de Prisco litterarum perlatore agitur.

Epistula XLIII **Felici** episcopo Comensi per amicitiam missa est (cf. ep. 5), qui diu desideratus, ut Mediolanum veniat, invitatur.

Epistula XLIIII **Romulo** inscripta verisimiliter ad Flavium Pisidium Romulum, consularem Aemiliae et Liguriae a. 385, comitem sacrarum largitionum in aula Theodosii a. 392, praefectum praetorio Galliarum a. 400, praefectum

[17] Soli codices P et Vat. 280 (s.XV) hanc epistulam Sabino inscribunt.

[18] Cf. A.H.M. Jones – J.R. Martindale – J. Morris, The Prosopography of the Later Roman Empire I, Cambridge 1971, 586sq. (s.v. Maximus).

urbi a. 405, data est, cui et Symmachus epistulas VIII 38. 62; IX 62 et Augustinus epistulam 247 miserunt[19]. Qua epistula quaerenti de versiculo quodam libri Deuteronomi respondet.

Epistula XLV **Titiano** de quadam re privata scripta est; quem Titianum Maurini cum praefecto praetorio Tatiano confuderunt. E verbis *Rufinus enim ex magistro officiorum factus est in consulatu praefectus praetorio* (sc. Orientis) hanc epistulam aestate a. 392 exeunte missam esse constat[20].

Epistula XLVI **Siricio** pontifici Romano ut videtur de litteris acceptis gratias agit; quem *amantem nostri et parentem* appellat.

Epistula XLVII **Foegadio et Delfino** inscripta ad episcopos Aginnensem et Burdigalensem per amicitiam missa est. Foegadius idem est ac Phoebadius, quem Hieronymus vir. ill. 108 his verbis memorat: *Phoebadius, Agenni Galliarum episcopus, edidit contra Arianos librum. Dicuntur eius et alia esse opuscula quae necdum legi. Vivit usque hodie decrepita senectute*[21]. Delfinus ille fuit episcopus qui Paulinum Nolanum baptizavit, cf. Paulin. epp. 10.14.19.20.23.

Epistula XLVIII **Romulo**, de quo cf. ad ep. XLIIII, inscripta his verbis incipit: *Epistularum genus propterea repertum, ut quidam nobis cum absentibus sermo sit, in dubium non venit. Sed fit hoc usu exemploque pulchrius, si inter parentem ac filios crebra et iucunda alloquia caedantur, ut vere inter disiunctos corpore quaedam imago referatur praesentiae; his enim adolescit officiis amor, sicut tuis ad me aut meis ad*

---

[19] Cf. Prosop. I 771sq.

[20] O. Faller cum Maurinis falso hanc epistulam praefecto praetorio Flavio Eutolmio Tatiano, de quo cf. Prosop. I 876sqq., scriptam putavit. – De Flavio Rufino cf. Prosop. I 778sqq.

[21] Cf. et Sulp. Sev. chron. 2,44 (*constantissimus inter eos habebatur noster Foegadius*). De nominis scribendi ratione cf. A. Wilmart, La tradition des opuscules dogmatiques de Foebadius, Gregorius Illiberitanus, Faustinus, SAW 159, Wien 1908, 1, 8 not. 2.

te augetur litteris. Tum de quodam libri Exodi versiculo agitur.

Epistula XLVIIII **Severo** est missa episcopo Neapolitano ut videtur, qui a Symmacho in ep. VII 51 'frater meus' appellatur et in Actis Sanctorum Bolland. pr.Kal.Mai. inter sanctos habetur. In hac epistula se *barbaricis motibus et bellorum procellis obiect*um esse Ambrosius queritur, *cum ad annum tertium et quinquagesimum iam perduxerit in hoc corpore situs* (ll.19sq.); quae verba ad Mediolanum utrum a Maximo a. 387/388 an ab Eugenio a. 393/394 invasum et occupatum pertineant difficillimum est diiudicatu. Quibus e verbis Ambrosium annis aut 333/334 aut 339/340 natum esse apparet[22].

Epistula L **Studio** data est fortasse eidem ac comiti rerum privatarum a. 401 et praefecto urbi Constant. a. 404[23]. Post crudele supplicium de Priscilliano eiusque sociis Augustae Treverorum a. 384/385 sumptum hac epistula de capitis damnatione secundum Christi adulteram mulierem absolventis exemplum agitur.

Epistula LI **sacerdotibus et clero et plebi Thessalonicensium** a. 382 ex. vel 383 in. scripta est, qui Acholium episcopum mortuum eique discipulum Anysium successisse nuntiaverunt.

Epistula LII **Anysio** Acholi successori data simul cum epistula praecedenti missa est.

Epistula LIII **Candidiano** fratri per amicitiam scripta est, eidem episcopo ut videtur, quem *dudum* cum litteris ad

---

[22] O. Faller cum Baronio, Rauschen (273), Paredi (²3sq.) aliisque verba allata ad Maximi invasionem se pertinere arbitratis Ambrosium a. 333/334 natum esse putat, Maurini, Ihm (54sq.), Palanque (542) aliique a. 339/340; cf. et Prosop. I 52.

[23] Cf. Prosop. I 859; J.R. Martindale, The Prosopography ... II, Cambridge 1980, 1036. – De Priscilliano cf. B. Vollmann, RE Suppl. XIV, 1974, 485–559, de eius supplicio a. 384/385 sumpto 513sqq. (aliter Paredi ²355. 331sqq.: aestate 384).

Anysium missum et iam obiisse Siricius papa in ep. IV indicat[24].

Libri octavi

Epistula LIIII **Irenaeo** quaerenti *cur dominus deus manna pluerit populo patrum et nunc non pluat* ad exemplar Philonis operis 'De fuga et inventione' inscripti respondet.

Epistula LV **Iusto**, de quo cf. ad ep. I, inscripta opinionem primis verbis expressam quod *Negant plerique nostros secundum artem scripsisse*, ad eiusdem Philonis operis exemplar refellere studet.

Epistula LVI **Syagrio** episcopo Veronensi et totam Indiciae virginis causam et eum parum caute fidem calumniatoribus habuisse demonstrat. Indiciam virginem a Zenone Syagri decessore consecratam, a Maximo sororis coniuge incestus accusatam et a Syagrio testibus malignis decepto damnatam, Ambrosius re commissa absolvit, postquam in conventu episcoporum virginis integritas patuit[25].

Epistula LVII **Syagrio** paulo post epistulam praecedentem missa, ut quanta reverentia apud Israhelitas castimonia habita sit demonstret, quid in libro Iudicum de Gabaonitis narretur secundum Iosephi Flavi Antiquitates Iudaicas exponit.

Epistula LVIII **Paterno** inscripta Aemilio Floro Paterno, proconsuli Africae a. 393 et comiti sacrarum largitionum in aula Honori a. 396–398, in ultimis vitae annis data est, ut ex verbis *a quibus* (sc. imperatoribus) *amplissimum accepisti honorem* (l. 74) elucet; cui et Symmachus epistulas V 58–66 misit[26]. Ambrosius eum ne filio *neptem ex filia* in matrimonium tradat hortatur.

---

[24] PL 13,1148sq. – Ad hanc rem quadrat quod haec epistula genuino epistularum ordine restituto litteras ad Anysium datas subsequitur.

[25] Cf. F. Martroye, L'affaire Indicia, Mélang. Fournier, Paris 1929, 503–510.

[26] Cf. O. Seeck, Symm. epp., MGH AA 6/1, Berlin 1883, praef. CLVII, et Prosop. I 671sq.

Epistula LVIIII **Cynegio** inscripta Paterni filio missa est, qua Ambrosius eum patris consilio non probato se consuluisse gaudet.

Epistula LX **Antonio** per amicitiam data est, verisimiliter eidem ac Claudio Antonio praefecto praetorio Ital. a. 377/378 et consuli a. 382, ad quem Symmachus epistulas I 89–93 misit[27].

Epistula LXI **Alypio** per amicitiam data est, verisimiliter eidem ac Faltonio Probo Alypio, praefecto urbi Rom. a. 391, ad quem Symmachus epistulas VII 66–71 dedit[28].

Libri noni

Epistula LXII **Vigilio** data est, qui proxime episcopus electus *institutionis insignia* postulaverat. Cui post nonnullas admonitiones, ut Christianorum cum gentilibus matrimonia prohibere studeat, Sampsonis vita *historico stilo digesta* secundum Iosephi Flavi antiquitates Iudaicas narratur. Cum Vigilius ab anno 385 usque ad annum 405 episcopus Tridentinus fuisse videatur, hanc epistulam a. 385 scriptam esse elucet[29].

Epistula LXIII **Irenaeo** inscripta quendam epistulae Pauli ad Romanos versum secundum Origenis commentarium explicat.

Epistula LXIIII **Irenaeo** data exponit, quid significet versus epistulae Pauli ad Galatas qui dicit *lex paedagogus noster fuit in Christo.*

Epistula LXV **Clementiano** cuidam inscripta his verbis incipit: *Etsi sciam quod nihil difficilius sit quam de apostoli lectione disserere . . ., tamen quoniam superiore epistula visus tibi sum cur 'paedagogus lex' diceretur non absurde explicavisse, hodierno quoque sermone vim ipsam apostolicae dispu-*

---

[27] Cf. O. Seeck, Symm. epp. praef. CVIII, et Prosop. I 77.
[28] Cf. O. Seeck, Symm. epp. praef. XCVIII, et Prosop. I 49.
[29] Cf. A. Amore, LThK 10, 789.

tationis meditabor aperire. Quare multi viri docti, contra omnium fere codicum testimonium, nomen Irenaei in inscriptione reponendum esse putaverunt, alii vero epistulas et 64 et 65 ad Clementianum datas esse contenderunt[30]; Maurini inscriptione non mutata adnotaverunt: „Et certe si ad Irenaeum data est superior epistula, hanc quoque ad Irenaeum datam fuisse manifestum est. Sed in tam perplexa difficultate nihil potius videtur quam omnium edit.(!) ac plurium mss. lectionem loco non movere." Cur inscriptiones non corrigendae sint infra monstrabo (cf. 2.2.13). Huius quoque epistulae fons Origenis commentarius fuisse videtur.

Epistula LXVI **Orontiano** inscripta item quendam epistulae ad Galatas versiculum explicat.

Epistula LXVII in omnibus antiquioribus et plurimis recentioribus codicibus inscriptione caret, in paucis vero *praedicatio evangelii de caeco* additum invenitur. Cum Ambrosius lectione de caeco nato exposita exclamet *veni ad baptismum, tempus ipsum adest* (47sq.), haec epistula inde ab editione principe Bellicio baptismum differenti (cf. ep. 9) attribuitur; quod mihi persuasum non est[31].

Epistula LXVIII **Irenaeo** inscripta his verbis incipit: *Etsi iam superiore epistula hanc quam proposuisti quaestiunculam absolverim, tamen aliquid plenius requirenti tibi ut filio afferre atque exsculpere non supersederim.* Crudele Priscilliani sociorumque supplicium memorans[32] episcopos mortis damnationem persequentes cum Iudaeis in Iohannis evangelio mulierem adulterii accusantibus comparat et singulos huius lectionis versus exponit. Cum hanc causam eodem exemplo biblico adhibito in epistula 50 ad Studium magi-

[30] Faller hanc epistulam Irenaeo inscripsit, Palanque editionem Romanam secutus sine ullius codicis testimonio et epistulam 64 Clementiano datam esse contendit (476).

[31] Cf. 2.2.13.

[32] A. 384/385 ut videtur, cf. not. 23.

stratum data Ambrosius tractaret, multi viri docti contra omnium codicum testimonium hanc quoque epistulam ad Studium missam esse contenderunt, sed cf. 2.2.13.

Epistula LXVIIII **Constantio** cuidam data his verbis incipit: *Non mediocris plerosque movet quaestio, qua causa circumcisio et veteris testamenti auctoritate quasi utilis imperetur et novi testamenti magisterio quasi inutilis repudietur*; quam quaestionem secundum Origenis in epistulam ad Romanos commentarium quam plenissime exponere studet. Constantius num idem fuerit ac episcopus Claternensis, cui ep. 36 missa est, non liquet.

De Libri decimi epistulis vide tom. tert., XIXsqq.

2.2 De epistularum libris I–VIIII

2.2.1 De epistulis in libros distributis

2.2.11 Ex singulis epistulis breviter descriptis elucet plurimas epistulas ad duos viros ignotos datas esse, ad Irenaeum filium tredecim (4, 6, 11–16, 40, 54, 63, 64, 68), ad Orontianum filium novem (18–23, 29, 31, 66), praeterea sex ad Sabinum episcopum Placentinum et amicum (27, 32–34, 37, 39), quattuor ad Simplicianum presbyterum, a quo Ambrosius baptizatus est (2, 3, 7, 10); ceteris vero 29 viris vel singulas (22) vel binas (7) datas esse, inter quos et tredecim episcopis sedis interdum ignotae et sedecim laicis summi interdum honoris.

2.2.12 Item elucet epistulas ad unum eundemque amicum datas non uno loco, sicut in Symmachi epistularum corpore inter annos 403 et 408 composito[33], conexas esse, interdum vero binas epistulas subsequentes singula Philonis opera secutas neque ad singulos amicos datas esse, e.g.

[33] Cf. M. Schanz, Gesch. röm. Lit. IV, München 1914, 122sqq.

epistulas I ad Iustum et II ad Simplicianum Philonis opus 'Quis rerum divinarum heres sit',

epistulas III ad Simplicianum et IIII ad Irenaeum Philonis opus 'De fuga et inventione', item epistulas LIIII ad Irenaeum et LV ad Iustum,

epistulas VI ad Irenaeum et VII ad Simplicianum Philonis opus 'Quod omnis probus liber sit' secutas.

2.2.13 Sicut Plinius, quem Ambrosius in libris componendis imitatus est, vir ordinis equestris primas collectionis epistulas amicis eiusdem ordinis neque summi honoris viris dedicavit[34], ita Ambrosius epistulas non ad imperatores datas, sed ad res theologicas ut dicimus pertinentes variis amicis dedicatas praecipuis librorum locis posuit. Item ut Plinius singulos libros per varietatem composuit, cum subsequentes epistulas vel ad varios amicos dedit vel variis rebus attribuit, ita et Ambrosius tractatus vel sermones in epistularum formam redactos per varietatem vel rerum vel inscriptionum distribuit. Qua de causa neque epistulae 40 neque epistulae 65 neque epistulae 68 inscriptiones codicibus traditae nobis mutandae sunt.

2.2.2 De Ambrosi epistularum genere

2.2.21 Ex epistulis breviter descriptis elucet paucas genuinas esse epistulas, ut litteras ad imperatores Theodosium (25) et Valentinianum (30) missas, nonnullas breves per amicitiam viris summi honoris datas, ut epp. 41–43, plurimas vero non esse litteras genuinas, sed *epistulares fabulas*, ut Ambrosius ipse in primae epistulae initio dixit, *ad interpretationem oraculi caelestis* idoneas.

[34] Cf. K. Zelzer, Zur Frage des Charakters der Briefsammlung des jüngeren Plinius, WSt. 77 (1964), 144–161; M. Zelzer, Ambrosius (not. 12) 217sq.

Nonnullas tales interpretationes Philonis[35] Origenis Flavi Iosephi aliorumque opera secutas, quas nondum publicaverat, in epistularum formam redegisse Ambrosium vocibus casu relictis *hodie lectum* (ep. 64,3) et *hodierno sermone* (ep. 65,7) apparet; quod eum in ultimis vitae annis fecisse infra demonstrabimus (cf. 3.1).

2.2.22 Harum interpretationum vel initiis vel finibus interdum nonnullas sententias addidit, e quibus singuli tractatus velut amicorum quaestionibus respondentes apparerent (cf. epp. 28. 32. 33 al.). Quibus sententiis additis saepe communes epistularum generis locos adhibuit, velut *sermonem absentium* (ep. 1,4), *tamquam inter praesentes* (ep. 21,3sq.) vel *inter absentes praesentium sermo* (ep. 33,4sq.), interdum aliam epistulam aliam excipientem fecit (ut epp. 21–23), in litteris 37 et 48 etiam de epistularum genere egit. Klaus Thraede in libro 'Grundzüge griechisch-römischer Brieftopik' (München 1970) inscripto postquam ex his qui illis temporibus epistulas scripsissent neminem tam frequenter communes epistularis generis locos adhibuisse monstravit quam Ambrosium, qui in epistulis scribendis primus Pauli apostoli exemplum *absens corpore sed praesens spiritu* (ep. 37,6; 1 Cor. 5,3) memoravisset[36], his verbis finit (190): „Ambrosius hat in Theorie und Praxis den Anschluß an die Konvention des literarischen Privatbriefes in allen entscheidenden Punkten vollzogen und christlich legitimiert ... Ambrosius, den eben der literarische Privatbrief beschäftigt, reflektiert – für uns erstmals – auf die Grundlagen, und er tut das, wie ein Vergleich ergab, in ausgesprochener Anlehnung an die Schultradition. Denn eine so bewußte Bündelung der Brieftopoi wie in ep. 47 und 66[37] sucht

[35] Cf. H. Savon, Saint Ambroise devant l'exégèse de Philon le Juif, Et. Aug., Paris 1977.

[36] Cf. 161; 164sq.; 183sqq.

[37] Ep. 47 = ep. 37; ep. 66 = ep. 48.

in der epistolographischen Praxis ihresgleichen (außer bei Synesios und den Handbüchern)".

2.2.23 At viri docti Thraede nihil interfuit quaerere quibus ex causis Ambrosius communes epistularum generis locos frequenter adhibuisset, cum Plinius, quem in libris componendis imitatus est, his locis rarissime esset usus. Plinius genuinas epistulas magna quidem diligentia compositas et collectas publicavit[38], Ambrosius vero his locis communibus usus sermones vel tractatus in epistularum formam redegit. Has inter epistulas fictas interdum litteras genuinas et breves per amicitiam scriptas inseruit, ut quas epistulas scribendi rationes in schola didicisset se bene novisse monstraret. Sed Ambrosium hanc novam epistularum libros componendi rationem, composuisse se *epistulares fabulas .... ad interpretationem oraculi caelestis*, primis primae epistulae verbis indicavisse eamque communi epistularis generis loco, epistulam *sermonem* esse *cum absentibus*, adhibuisse nisi epistularum ordine restituto non apparuit.

2.2.24 In genere scribendi vero Plinium nisi paucis sententiis in epistula 32 adhibitis non imitatus est, aliter ac paucis annis post Sidonius Apollinaris[39]; potius Vergili, Ciceronis, Terenti sententias, neque vero eas ad verbum, memoravit et in duobus epistulis de rebus historicis agentibus (57 et 62) Sallusti elocutionem imitatus est[40].

---

[38] Cf. K. Zelzer (not. 34) 160sq.

[39] Cf. Sid. ep. 1,1,1 *Diu praecipis ... ut si quae mihi litterae paulo politiores varia occasione fluxerint, prout eas causa persona tempus elicuit, omnes retractatis exemplaribus enucleatisque uno volumine includam, Quinti Symmachi rotunditatem, Gai Plinii disciplinam maturitatemque vestigiis praesumptuosis insecuturus*, et Plin. ep. 1,1,1 *Frequenter hortatus es ut epistulas si quas paulo curatius scripsissem, colligerem publicaremque ...*, et E. Geisler, MGH AA 8,351.

[40] Cf. Ihm 64sqq. et app. font.

3 Quo tempore epistularum libros Ambrosius composuerit

3.1 Cum Ambrosius et epistulam 27 de singulari Paulini Nolani conversione a. 395 in. ad Sabinum amicum missam in initio libri sexti et orationem funebrem De obitu Theodosii eodem anno ineunte habitam in libro decimo inter epistulas 76 et 77 posuerit, epistularum libros in ultimis vitae annis eum composuisse elucet. Accedit quod se senem litteras facilius scribere quam sermones habere nonnullis epistularum locis indicat, cf. vel ep. 28,151sqq., *adsumpsi epistulas familiari sermone adtexere ... malo enim senilibus verbis de supernis rebus alucinari ... quam concitatioribus deflare aliquid iam nec studiis nostris aptum nec viribus*, vel ep. 32,72sqq., *placet enim, quod senibus usu facilius est, cottidiano et familiari sermone epistulas texere*, vel ep. 34,5, *ego autem iam dudum de eo* (sc. de paradiso) *scripsi, nondum veteranus sacerdos*, vel ep. 37,10sqq., *nobis ... curae est senilem sermonem familiari usu ad unguem distinguere et lento quodam figere gradu.*

3.2 Inter viros epistulis dedicatis honoratos Iustum episcopum Lugdunensem de fide Nicaena meritum, cum ei primam libri primi epistulam, hoc est totum epistularum corpus, dedicavit, summo affecit honore. Qui cum a. fere 381 in heremum Aegyptiam secessisset et a. fere 390 mortuus esset cumque Ambrosius epistularum corpus ante a. 395 non composuisset, hanc epistulam dedicatoriam vivus non accepit; ex quo Ambrosium in defuncti amici honorem eam redegisse elucet. Itaque nihil interest inquirere, quibus annis singulae epistulae scriptae sint, cum in ultimis vitae annis vel ex toto eas composuerit vel, in quantum genuinae fuerint, aliquo modo correxerit; e.g. in epistula 25 de rebus

publicis, quibus post Valentinianum a. 392 mortuum pro Theodosio imperatore functus est, nihil reliquit nisi *mandatum tuum servo et commendo domino* (l. 57). Epistularum quae certis annis tribui possunt multo minor est numerus quam Maurini editores putaverunt eas incertissimis indiciis secundum temporis rationem distribuentes. Neque quaerendum esse puto, qui Irenaeus et Orontianus amici fuerint quibus plurimae epistulae dicatae sint, vel quae opera Ambrosiana Sabinus amicus correxerit, cum in epistula 32, qua ei libros nondum editos examinandos se misisse indicet, Plinium sit imitatus.

4 Quomodo decem epistularum libri traditi sint

4.1 De codicibus ad textum constituendum adhibitis

4.1.1 Duo soli codices saeculo nono scripti decem epistularum libros, quamquam lacuna mutilatos (cf. 1.2), tradunt:

E Codex Vaticanus Latinus 286, s.IX^2, secundum B. Bischoff probabiliter Mediolani, secundum Mirellam Ferrari fortasse Vercellis scriptus[1]; cuius textui s.XI/XII in monasterio S. Ambrosii Mediolanensi ante primam epistulam ep. extra coll. 14 ad Vercellenses directa et dimidia fere pars ep. extra coll. 13 additae sunt, sine dubio e codice Ambrosiano A receptae (cf. prol. ad librum decimum II 2.3). Quamquam in epistularum ordine f. 18^r post orationem *De obitu Theodosii* et ep. 77 et tractatus *De Nabuthae* indicati sunt, in codice non inveniuntur.

B Codex Berolinensis bibl. Nat. Lat. fol. 908, olim capituli Belvacensis (Beauvais), secundum B. Bischoff s.IX med. in Gallia septemtrionali ad orientem spectanti scriptus[2].

4.1.2 Nonnullas librorum I–V epistulas praebet

U Codex Vaticanus Latinus 293, secundum B. Bischoff s.IX^2 in Gallia scriptus, epp. 1–4, 6, 7, 10, 17–23

[1] B. Bischoff per litteras mihi datas; M. Ferrari, „Recensiones" milanesi tardo-antiche, carolinge, basso-medioevali di opere di sant' Ambrogio, La tradizione milanese delle opere di sant' Ambrogio, Ambrosius episcopus, Atti del Congresso internazionale ... Milano 2-7 dic. 1974, Milano 1976, 41sq. (cf. f.36^v *Stradebertus gratia dei episcopus Attoni Vercellensis*, s.IX/X?).

[2] B. Bischoff per litteras mihi datas.

continens. Post ep. 4 legitur *Finit liber I Incipit liber II*, post ep. 21 *Explicit V Incipit VI*, post ep. 23 *Explicit*.

4.1.3 E codicibus s.Xex.–XV scriptis plus quam septuaginta epistularum collectionem tradunt, e quibus ab Ottone Faller ad textum constituendum hi decem electi sunt:

K Codex Coloniensis bibl. cath. Dom. 32, s.XI[1] vel med. in Lombardia, probabiliter in civitate Mediolanensi ipsa scriptus et paulo post Coloniam translatus[3].

V Codex Vaticanus Latinus 6023, s.XII in Italia scriptus nonnullis foliis amissis mutilatus.

Z Codex Vaticanus Latinus 264, s.XI/XII, multa opera ambrosiana complexus.

Y Codex Havniensis (Kopenhagen) bibl. reg. fol. 22, s.XV, nonnulla ambrosiana et pseudo-ambrosiana opera et alterum epistularum extra collectionem corpus complexus.

O Codex Oxoniensis Bodl. Canon. patr. Lat. 210 (= O^1) + 229 (= O^2), s.XII in Italia septemtrionali scriptus; quaternionibus I et II omissis incipit ep. 12,17. Quo in codice epistulae iisdem viris datae conexae sunt: epp. 12–16. 63. 64. 65 (sub titulo *Clementiano*!). 68. 54 (= epp. ad Irenaeum); 17; 5. 43; 8; 9; 18–23. 29. 31. 66 (= epp. ad Orontianum); 67; 24; 26. 38; 27. 32. 33. 34. 37. 39. (= epp. ad Sabinum); 40 (sub titulo *Irenaeo*); 28; 35; 36. 69; 41. 46; 42; 44. 48; 45; 47; 49; 50; 51; 52; 53; 56. 57; 58; 59; 60; 61; 62; 70; 71; 77; extra coll. 14; 30. 72. 72a. 73. 75. 75a; 76; extra coll. 1a. 25. extra coll. 2–9; extra coll. 10; extra coll. 1.

O^b Codex Berolinensis Hamil. ms. 24, s.XIV/XV. Qui codex eundem epistularum ordinem quem codex O secutus ab Ottone Faller ad epistulas in codice O omissas edendas adhibitus est. Ante ep. 12 praebet epistulas 1. 55; 2. 3. 7. 10; 4. 6. 11; post ep. 9 desinit.

F Codex Parisinus bibl. armamentarii (de l'Arsenal) 1244, s.X/XI variis manibus scriptus, olim monasterii Clu-

[3] Cf. Ferrari 101sq.

niacensis (num. 119); post ep. 73 libros De excessu fratris continet.

L Codex Londiniensis Musei Brit. bibl. reg. vet. 5 F. XIII, s.XI; post ep. 77 tractatum De Nabuthae tradit.

G Codex Londiniensis Musei Brit. bibl. reg. vet. 6 A. XVI, s.XII; item post ep. 77 tractatum De Nabuthae continet.

P Codex Parisinus bibl. Nat. Lat. 1754, s.XII, olim S. Martini Tornacensis (Tournai). Quo in codice epistularum ordo, cum epistulae ad easdem personas directae primis epistulis exceptis conexae sunt, in hunc ordinem mutatus est: 1–7. 10; 8; 9; 43; 55; 11–16. 54. 63. 64. 65 (sub titulo *Irenaeo*). 67 (sine titulo). 68 (= epp. ad Irenaeum); 17. 18–23. 39. 31. 66 (= epp. ad Orontianum); 24; 25. 74. ob. Theod.; 26; 27. 32. 33. 34. 37. 39. 40 (sub titulo *Sabino*, = epp. ad Sabinum); 28; 36. 69; 41. 46; 42; 44. 48; 45; 47; 49; 50; 51; 52; 53; 56. 57; 58; 59; 60; 61; 62; 70; 71; extra coll. 14; 77; 30. 72. 72a. 73. 75. 75a; 76; ob. Val.

C Codex Cantabrigiensis bibl. univ. Ff IV. 7, s.XV, post epistulam 71 sicut codex P ep. extra coll. 14, post ep. 77 tractatus De obitu Theodosii et De obitu Valentiniani continet.

Codices supra memoratos Otto Faller in quattuor classes divisit: UEKVZY; $O^1O^2O^b$; BFLG; PC.

4.1.4 At maximi momenti sunt duo codices ab eo neglecti:

A Codex Ambrosianus J 71 sup., s.XI med. Mediolani probabiliter in scriptorio capituli metropolitani S. Theclae scriptus, qui post decem epistularum collectionem et posterius epistularum extra coll. corpus et obitus Gratiani Valentiniani Theodosi a manu paulo posteriori additos continet[4].

[4] Cf. tom. 3 prol. XLII et CXXXII.

M Codex Ambrosianus B 54 inf., item s.XI Mediolani in scriptorio capituli metropolitani S. Theclae scriptus. Ut in codice **E** et ep. 77 et tractatus De Nabuthae in epistularum ordine indicati desunt[5].

Ut in prolegomenis ad librum decimum pertinentibus et in dissertatiuncula „Mittelalterliche 'Editionen' der Korrespondenz des Ambrosius als Schlüssel zur Überlieferung der Briefbücher" inscripta monstravi[6], nisi e his duobus codicibus Mediolanensibus ab Ottone Faller neglectis quae ratio inter singulos codices intercedat cognosci non potest.

4.1.5 Praeterea hi codices a me adhibiti sunt:

N Codex Monacensis bibl. Nat. Lat. 10041, s.X^2, incertae originis, olim S. Arnulfi Mettensis, qui e bibliotheca Mannheimensi in bibliothecam Monacensem venit. Quaternione uno amisso ab ep. 31,82 *meretricem* ad ep. 50,25 *carcere* lacunam praebet.

W Codex Vaticanus Latinus 285, s.XI, qui post orationem De obitu Theodosii epistula 77 omissa desinit.

H Codex S. Crucis (Heiligenkreuz) 254, s.XII, qui partim ante, partim post decem epistularum libros posterius epistularum extra coll. corpus et Theodosii, Valentiniani et Gratiani obitus continet. Epistula 57 deest.

S Codex Mediolanensis Ambrosianus F 114 sup., s.XV e codice Martini Corbo s.XII confecto transcriptus[7], qui partim ante, partim post decem epistularum libros posterius epistularum extra coll. corpus et Theodosii et Valentiniani obitus continet.

4.1.6 Ad epistulam 30 constituendam O. Faller interdum adhibuit codicem Sangallensem 94, s.IX med. in Gallia meridionali e codice Augiensi Caroliruhensi perg.

---

[5] Cf. epistularum ordinem (f. 168) *De sancto Gervasio et Protasio* (= ep. 77), *De Nabuthae*; Ferrari 46sq.

[6] Cf. tom. 3 prol. XLVsqq.; WSt 96 (1983), 161–180.

[7] Cf. Ferrari 47sq.; tom. 3 prol. CXXXsqq.

251, s. VIII/IX in Italia septemtrionali confecto et brevi post mutilato, descriptum[8].

4.1.7 Nonnulli codices epistulas 64–68 solas tradunt primis et ultimis singularum epistularum verbis omissis et duabus ultimis epistulis in unam coniunctis. Quorum fons est

B_1 Codex Bononiensis 32, s.VI[1] in Italia scriptus, qui ante epistulas 64–68 opera ambrosiana Apologia David, De Ioseph, De patientia, De paenitentia et De excidio fratris inscripta continet. Qui cum ep. 68, 13 *vehementior* desinat, ad eum supplendum adhibitus est

P_1 Codex Parisinus 12137, s.IXmed. vel IX[2] in monasterio Corbeiensi a Bononiensi descriptus.

4.2 Quomodo decem librorum codices inter se cohaereant

4.2.0 Codices Mediolanenses **A** et **M** ab Ottone Faller neglectos summi momenti esse iam diximus (4.1.4), qui eodem fere tempore in scriptorio capituli metropolitani S. Theclae exarati multum inter se differunt. Codex **M** multis lectionibus propriis et omissionibus cum codice **E**, s.IX[2] vel Mediolani vel Vercellis scripto, coniunctus est, codex **A** cum codice **K** paene aequali artissime cohaeret, qui vix perfectus Mediolano ut videtur Coloniam translatus est. Codicem **A** Otto Faller e codice **K** descriptum esse arbitratus non adhibuit, sed e libri decimi epistulis codicem **A** non e codice **K** ipso descriptum esse apparuit, utrumque vero e libro deperdito pendere, qui nonnullis locis solus lectiones genuinas servaverat[9], e.g.

ep. 72,166 *me probasse* AK, om.cett.
ep. 73,69 *laudanda* AK, *laudata* cett.

---

[8] Cf. tom. 3 prol. XLIII.
[9] Cf. tom. 3 prol. XLVsqq.

ep. 73,329 *coit vobis* AK, om.cett.
ep. 74,303 *recipiunt quia filium non receperunt* AK, *quia – receperunt* om.cett.

Quibus e locis codices **A** et **K** ex alio subarchetypo fluxisse manifestum est ac ceteros decem librorum codices ab Ottone Faller adhibitos.

4.2.1 De codicibus AK(V)

4.2.11 Codicem **A**, artissime cum codice **K** coniunctum, non ex eo descriptum esse ex his locis elucet:

ep. 36,50 *plebem* om.K
ep. 36,66 *in vanum*] *ignauum* K
ep. 38,19 *aeternam*] *maternam* K
ep. 41,3 *aequaevo* A, *aequelio* K, ex glossa (*aequa*)*li* s. *aequaeuo* in archetypo addita
ep. 51,22 *cui vitae*] *ciuitatis* K
ep. 57,55 *sensus* om.K.

Codices **AK** e libro quodam pendent, qui nonnullis lectionibus propriis et adnotationibus supra lineam additis depravatus erat, e.g.

ep. 4,131 *via* K, *uirtus uia* A (et V e codice A descriptus)
ep. 27,82 *nudus omnia*] *nudus omnino* AK
ep. 44,23 *ablevent*] *abluent* Kac., *alleuent* A, *lleuent* s. *bluent* K
ep. 51,25 *eiustius* AK, *iustius* cett. **d**, istius **aerm**
ep. 58,36 *viro*] *curo* Aac.K
ep. 58,50 *artioris ... necessitudinis*] *artioris angustioris tristioris ... necessitudinis affectionis propinquitatis* K
ep. 65,58 *tabulis* K, *talibus* A(V), add. *al. talibus* Kmg.,

interdum vero solus lectiones genuinas servaverat, e.g.

ep. 48,49 *pararentur* AK, *repara-* cett.

ep. 48,95 *fidei* AK, *fides* cett.
ep. 54,49 *ex* AK, *et ex* cett.
ep. 55,112 *age ergo inspiret* AK, *age ergo ut inspiret* cett.
ep. 62,183 *his atque ... certe* AK(V), *hisque et ... cetera* (*ad cetera* OSpc. **m**, *erga cetera* P) cett.

Codex **K** vix perfectus Mediolano ut videtur Coloniam translatus est, codex **A** partim secundum codicem **M** correctus est. Saeculo XI exeunte vel saeculo XII ineunte Mediolani ignotus quidam codices **A** et **M** collatos cum non concordare cognovisset, utrumque codicem secundum alterum corrigere omnesque fere libri decimi et quosdam ceterorum librorum locos ad eandem textus formam redigere studuit[10], e.g.

ep. 1,153 *huiusmodi*] add. *seruabatur* AMsl.V
ep. 36,242 *metu et*] *metuit* AKV, add. *it* Msl.
ep. 38,32 *Bononiam*] *bonus iam* AKMpc.V
ep. 57,10 *grande*] add. *igitur* Asl.MV
ep. 62,229 *aequum*] add. *officium lingue uatis* Asl.MV
ep. 64,83 *opus*] add. *quale sit igne probabit* M, add. *quale sit* Asl.V
ep. 66,52 *arbitror*] add. *michi* Asl.MV.

Nonnullis locis in utroque codice easdem lectiones vel supra lineam vel in margine addidit, e.g.

ep. 4,81 *nascimur*] add. *maximus* Asl.Msl.V
ep. 50,62 *furor*] add. *et* Asl.Msl.V,

quas unde receperit non liquet. Ad epistulam 76 in utroque codice corrigendam codicem Ambrosianum C 133 inf., s.XI, epistulas 76, 75a, 75 solas continentem adhibuit[11]. Accedit quod codices HOSWYZ inde a saeculo XI exeunte Mediolani textum traditum arbitrarie correctum et mutatum esse ostendunt.

---

[10] Cf. tom. 3 prol. XLIXsq.
[11] Cf. tom. 3 prol. Lsq.

4.2.12 Codex Vaticanus **V**, s.XII, e codice **A** non solum alterum epistularum extra collectionem corpus recepit, sed ex eo correcto usque ad ep. 24 et inde ab ep. 57 descriptus est, ut haec exempla monstrant:

ep. 3,105 *et adhuc* – 4,11 *studia virtutum* om.V medio in textu; cum codicis A folium 11v verbis *et adhuc* incipiat et folium 12r verbis *studia virtutum* desinat, duae paginae a codicis V scriba praetermissae sunt neque vero, ut O. Faller putavit[12], folium unum defuit.

ep. 7,11 *disputatoris*] *expositoris uel disputatoris* AV

ep. 7,371 *erexere*] *crescere* AV

ep. 7,407 *sibique*] *atque sibi* AKV

ep. 24,36 *fructificaret* AKVar., *furti caret* (*furto careret* PC) cett.

Cum codicis **A** scriba f. 62v verbis ep. 24,71 *quemadmodum* desinat et f. 63r verbis ep. 25,6 *exire non poteram* incipiat, codicis **V** scribam verba omissa e codice **M** recepisse et inde ab hoc loco hunc codicem secutum esse ex his locis elucet:

ep. 25,35 *meo*] *meum* EMV

ep. 25,43 *vestiatur*] *uestiebatur* EMV

ep. 26,4 *offensam*] *offensas* MV

ep. 27,11 *studio*] add. *hic* MV

ep. 36,90 *conscio*] add. *li* s. *sci* Mm1, *conscilio* V

ep. 36,98 *faxit*] *fas sit* MV

ep. 40,34 *fecit*] *fecerat* MV.

In epistula vero 56 sicut codices **EHMOSWYZ** a l. 164 *quid* ad l. 218 *argumentatus* lacunam praebet his verbis in margine additis *Require in sequenti cartula et invenies omnia*; quam lacunam in epistulae fine e codice **A** explevit indeque iterum hunc codicem secutus est, ut ex his locis apparet:

ep. 58,7 *eius*] *eiut* Aac., *eius ut* Apc.V

[12] Tom. 1 p. 24 ("folio iam in exemplari amisso").

ep. 62,65 *prodiderunt*] *manifestauerunt* add. Amp., *manifestauerunt prodiderunt* V
ep. 64,122 *ferociam*] *ferocitatem* Apc.V
ep. 65,58 *tabulis*] *talibus* AV.

Itaque codicem **V** omissionibus et propriis lectionibus corruptum ad epistulas 36–69 constituendas non adhibui.

4.2.2 De ceteris decem librorum codicibus

Antiquissimi eorum **B** et **E**, s.IX, et **N**, s.X/XI, multis locis inter se differunt. Codicem **E** non solum cum codice **M** sed etiam cum codicibus **HOSWYZ** arte cohaerere, codicem **B**, olim capituli Belvacensis, in libro decimo et paucis lectionibus et una lacuna non ex homoioteleutis orta cum codicibus **FLGPC** coniunctum esse, codicem **N** cum nullo alio codice artius cohaerere ex eorum lectionibus apparuit[13].

4.2.21 De codicibus EHMOSWYZ

Hi codices vel in civitate Mediolanensi ipsa vel prope Mediolanum scripti non solum lacuna memorata (ep. 56, 164–218), sed etiam multis lectionibus propriis et omissionibus artius coniuncti sunt, e.g.

ep. 36,345 *crudior*] *crudelior* EHMOac.SVWYZ
ep. 39,69 *nihil est*] *deest* EHMOSVWYZ
ep. 54,59 *laudatur*] *audiatur* (*audiat* O) EHMOS Vac.WYZ
ep. 59,6 *deceret*] *decerneret* EHMOSWYZ
ep. 62,255 *praebuere*] *tribuere* EHMOSWYZ
ep. 62,289 *verteret*] *redderet* EHMOSWYZ.

4.2.211 De codice E

Codex Vaticanus **E**, s.IX^2 vel Mediolani (secundum B. Bischoff) vel fortasse Vercellis (secundum M. Ferrari) scriptus[14], ante s.XII in monasterium S. Ambrosii Mediolanensis

[13] Cf. tom. 3 prol. XLVIIIsqq.
[14] Cf. not. 1.

venerat, ubi ante epistularum libros epistula extra coll. 14 et dimidia paene epistulae extra coll. 13 pars additae sunt, sine dubio e codice **A** receptae, et nonnullis locis secundum Martini Corbo textum e codicibus HS restituendum (cf. 4.2.215) correctus est[15], e.g.

ep. 36,60 *alloquia*] *eloquia* Epc.HS
ep. 51,106 *quo* – 107 *deploravimus* om.E, add. ex Martini Corbo textu mp.mg. (*hinc* pro *hic* EHS, *acciderint* pro *-rent* EHSac.)
ep. 62,56 *hospitii*] add. *maior* Emp.HS
ep. 62,408 *condicio*] add. *s. leuitis de effrem* Emp.HS.

Nullus codex nobis traditus ex eo codice pendet.

4.2.212 De codice M

Codex Mediolanensis **M**, s.XI in scriptorio capituli metropolitani S. Theclae scriptus, quamquam artissime cum codice **E** coniunctus est, textum peiorem quam codex E depravatumque praebet, e quo pauci errores hunc codicem non e codice **E**, sed e libro lectu difficili descriptum esse monstrant[16], cf.

ep. 40,35 sq. *sibi*] *si; unde*] *uide*
ep. 47,7 *vellet*] *uere* ac., *uel et* pc.
ep. 57,163 *fracti*] *factis*
ep. 62,278 *victoria*] *uictus* ac.
ep. 65,16 *repromissum est*] *promiserat.*

Multis locis secundum codicem **A** correctus est, cf. 4.2.1.

4.2.213 De codicibus WYZ

Codex Vaticanus **W**, s.XI, nonnullis locis correctus partimque lectionibus e codicibus **Apc.Mpc.** sumptis affectus est; quo e codice correcto sine dubio codicem Vaticanum **Z** descriptum esse hi loci demonstrant:

[15] Cf. tom. 3 prol. XLVIII not. 22.
[16] Cf. tom. 3 prol. XLIX.

ep. 19,86 *Adae sepulchrum*] *ad sepulchrum* W, *adam sepulchrum est* Wpc.YZ
ep. 20,55 *forensem*] add. *afferre* Wsl.YZ
ep. 27,5 *in hos*] *inops* Wpc.YZ
ep. 30,100 *factum* AK; OWYZ, om.cett.
ep. 36,273 *sanctus*] *sancti uiri* AK; OSWYZ
ep. 39,97 *emundaret*] add. *um* s. *m* Wmp., *eum mundaret* YZ
ep. 48,17 *collationis*] *consolationis* AMpc.V; OWYZ
ep. 48,52 *auctoritate*] *-em* EMW, add. *statuit* Wmg. YZ
ep. 63,114 *gratia*] om.WY, *donum* Wsl.Z.

Codex Havniensis **Y**, s.XV, quem multis locis depravatum artissime cum codicibus **Wpc.** et **Z** coniunctum esse loci supra allati monstrant, posterius epistularum extra collectionem corpus a codice **A** descriptum continet[17].

Textum codicibus **EMW** similem, sed valde depravatum varieque correctum praebet codex Parisinus 1753, s.XI/XII.

Itaque et codicem **V** et codices **YZ** ab Ottone Faller ad epistulas 1–35 constituendas adhibitos ut plane inutiles abieci et in eorum loco codices AMW adhibui.

4.2.214 De codicibus OO^bG_1

Codex Oxoniensis **O**, s.XII probabiliter Mediolani scriptus, ordine mutato epistulas ad eosdem viros datas conexuit; quaterniones I et II desunt. Qui codex ex eodem fonte pendet ac codices Berolinensis $\mathbf{O^b}$, s.XV, ab Ottone Faller ad eum supplendum adhibitus, et Gratianopolitanus $\mathbf{G_1}$, s.XII. Dum codex $\mathbf{O^b}$ post epistulam 25 (= ep. 9) verbo *finis* addito desinit, codex $\mathbf{G_1}$ mutato ordine totam collectionem praebet, ab epistulis ad Iustum, Simplicianum et Irenaeum

[17] De codicibus WYZ et Paris. 1753 (= Q) cf. tom. 3 prol. LIsqq.

directis usque ad epistulas extra coll. 14, 77 (e codice hagiographico sumptam), 30, 75a et 76; epistulae autem 25 et 72–75 omissae sunt. Quae cum ita sint, textum epistulae 55 ad Iustum datae in codice **O** mutilatum non e codice $\mathbf{O^b}$, sed e codice $\mathbf{G_1}$ supplevi.

Codicis **O** scriba epistulas in subarchetypo omissas ex aliis fontibus recepit: epistulas ad Valentinianum missas (epp. 72, 72a, 73, 75) ex exemplari secundum codicem **A** correcto hausit, epistulas ad Theodosium datas (epp. 25 et 74) in priore epistularum extra collectionem corpore ad decem epistularum libros addito praebet; quare hunc codicem e civitate Mediolanensi ortum esse puto[18].

Codices **O, $\mathbf{O^b}$, $\mathbf{G_1}$** ex exemplari quodam codicibus **WYZ** simili pendere ex his locis apparet (cf. et 4.2.213):

ep. 1,40 *animis*] *amicis* O^bWYZG_1 (O deest)
ep. 14,39 *primitivum*] *primogenitum* OO^bYZG_1
ep. 31,190 *testamentum* AK; WYZ; OG_1, *tempus* cett.
ep. 38,32 *Bononiam*] *bonus iam* AK; Mpc.Wpc.VYZ, *bono iam* OWac.G_1,

sed multis locis correcto, cf.

ep. 17,31 *symbolum*] *signum* OO^bG_1
ep. 17,61 *inconpositae naturae*] *inconposita est* OO^bG_1
ep. 39,27 *amplam*] G_1ar., *uiam* G_1pr. (m1)O
ep. 62,96 *a principio non*] *a principio nam* G_1, *ab inicio nam* O.

Quibus lectionibus correctis interdum genuinae restitutae sunt, e.g.

ep. 55,7 *artem* Bpc.; O^bG_1; HS (O deest), *autem* cett.
ep. 62,233 *noxa* Bpr.; OG_1; P, *noxia* cett.

4.2.215 De Martini Corbo textu et de codicibus HS

Martinus **Corbo** presbyter S. Ambrosii Mediolanensis omnia opera Ambrosiana inter annos 1135 et 1152 edenda

[18] Cf. tom. 3 prol. LIXsqq. et XCIXsqq.

curavit[19]. Quae volumina saeculo quinto decimo divisa esse et voluminis tertii partem epistulas Ambrosianas continentem periisse Iosephus Billanovich et Mirella Ferrari monstraverunt, in codice vero Vaticano 268, qui alteram partem opera apocrypha complexam traderet, hanc notitiam servatam esse: *Epistole eiusdem beati Ambrosii circa 82 numero, inter quas est obitu Theodosii gratia pulcerrima, modo ab illa epistola contra Auxentium ... Item alique pulcre et bone littere de sancto Ambrosio transmisse presbitero Martino tunc regulariter canonicatus sancti Ambrosii*[20]. Quo e codice perdito non solum, ut Billanovich et Ferrari affirmaverunt, codicem Mediolanensem **S**, s.XV, et editionem Stephani Dulcinii (**d**), a. 1491 in lucem prolatam, sed etiam codicem S. Crucis **H**, s.XII, pendere[21] haec exempla monstrant:

ep. 54,76 *mobilis*] *et mobilis legitur* HS **d**
ep. 56,249 *adiuncti*] add. *testimonio* HS **d**
ep. 62,152 *et*] add. *cum* HS **d**.

Martinum Corbo librum codicibus **EMW** similem ad textum constituendum adhibitum (cf. 4.2.21) interdum secundum codicem **A** mutavisse, e quo epistulas extra coll. 12–15 eum sumpsisse constet[22], nonnullisque locis correxisse haec exempla monstrant:

ep. 62,408 *condicio*] add. *maior* HS **ad**
ep. 63,47 *discendo saltem cognosceret* AKMpc.V; HS; BFLGPC, om. EMac. OWYZ
ep. 63,99 *furtivum*] *fortuitum* HS **ad**
ep. 65,20 *si autem omnes sumus in Christo Iesu* AKMpc.V; HS; BFLGPC, om. EMac. OWYZ.

---

[19] Cf. Ferrari 47sq.

[20] Cf. G. Billanovich, Testi ambrosiani nelle biblioteche dei canonici di Sant'Ambrogio e del capitolo di Santa Tecla, La tradizione milanese ... (not. 1) 18sq.

[21] Cf. tom. 3 prol. LXIV.

[22] Cf. tom. 3 prol. LXIV.

Mirella Ferrari codices Martini Corbo servatos a multis manibus et coaevis et posteris correctos esse monstravit[23]; itaque codices **HS** et editionem **d** interdum differre nemo miretur. Codicem **H** textum multo peiorem magisque depravatum praebere quam codicem recentiorem **S** hi pauci epistulae 36 loci monstrant:

ep. 36,6 *non possint turbare* tr.H; 54 *tamquam*] *quasi* H; 70 *duritiam mentis* tr.H; 71 *et*] *ac* H.

Itaque proprias eius lectiones in apparatum criticum nisi paucis locis non adhibui.

4.2.22 De codice N

Codex Monacensis **N**, s.X/XI, originis incertae, paucis lectionibus propriis insignitus epistularum textum multo meliorem tradit quam ceteri huius rivuli codices neque cum codicibus EMO(V)WYZ neque cum codicibus BFLGPC artius coniunctus est. Saepius *ae* pro *e* praebet, e.g. *aetiam, aeditus*. Quaternione perdito lacunam praebet ab ep. 31,82 *meretricem* usque ad ep. 50,24 *carcere*.

Item codex **Evorensis** (Ivrea) 103, s.XI, neque cum codicibus EMO(V)WYZ neque cum codicibus BFLGPC artius cohaeret, sed textum lectionibus propriis valde corruptum praebet[24]. Qui cum ep. 44,25 verbis *commotione his* desinat, ad textum constituendum nihil valet.

4.2.23 De codicibus BFLGPC

Hos codices ex exemplari forsitan s.V/VI scripto pendere non solum e verbo *Contuli* post unamquamque epistulam in codicibus **BFLG** addito, sed etiam e nonnullis lectionibus propriis et omissionibus apparet[25], e.g

ep. 7,84 *Ioseph* om.BFLGPC

---

[23] Cf. Ferrari 51 not. 39 et tom. 3 prol. LXV not. 37.

[24] E.g. ep. 43,7 *meam querelam* tr.; 20 *me muneribus redimendum*] *muneribus redimendam*.

[25] Cf. tom. 3 prol. LV.

ep. 18,118 *cui is*] *cuius* Bac.FLGPC
ep. 39,35 *divinitatis*] *diuinitas* Bac.FLGPC
ep. 50,46 *priores*] *-rem* Bac.Far.LGPC, *-re* Fpr.
ep. 56,199 *Mariam domi*] *mariam domini* BFLGac., *mariam matrem domini* Gpc.PC
ep. 62,338 *id* om.BFLGPC.

Multo vero artius codices **FLGPC** cohaerent, e.g.
ep. 16,149 *offensionis*] *confessionis* FLGPC
ep. 37,31 *scriptis* om.FLGPC
ep. 39,27 *eo loci*] *in eo loco* FLGPC
ep. 55,21 *sapientiam*] *patientiam* FLGPC
ep. 62,44 *saepe*] *sibi* FLGPC.

4.2.231 De codice B

Codex **B**, olim capituli Belvacensis, s.IXmed. in Gallia septemtrionali ad orientem spectanti scriptus multos errores e litterarum et vocalium confusione ortos praebet, quibus e libro litteris minusculis praecarolingicis scripto lectu difficili descriptus esse apparet, e.g.
ep. 39,56 *plura a*] *placera*
ep. 44,5 *praesens*] *preclemen*
ep. 44,6 *clementia*] *dodicitia*
ep. 44,7 *dignatur*] *dicinatur*
ep. 46,22 *sequendo*] *sed quando*
ep. 48,18 *de eo*] *decos*
ep. 49,12 *commune*] *omnes*
ep. 51,110 *voti mei erat*] *uenerat*
ep. 51,116 *salo*] *salomon*
ep. 68,38 *sedulae*] *seduiae*
ep. 69,15 *ortu*] *cetu* ac., *actu* pc.

Vocales *e/i* et *o/u* saepius confusae sunt, e.g.
ep. 39,25 *emitandum* ac.; ep.39,112 *egitur* ; ep. 45,3 *voti*] *uoce* ac., *uocis* pc.; ep.62,230 *uidiretur*; ep.62,356 *desiniret*; ep. 48,101 *consoluisti*; ep. 52,41 *somnos* ac.; ep. 57,213 *ducenti*] *docent in* ac.; ep. 57,129 *artos* ac.

Saepe *ae* pro *e* positum invenitur, e.g. ep. 39,92 *carnae*; ep. 51,80 *proaelia*; ep. 52,8 *maemoriae*; ep. 55,50 *quaem*; ep. 56,220 *saeu*, et interdum *ss* pro *s* vel *s* pro *ss*, e.g. 56,33 *accussationem*; 67,24 *positis*.

Qui codex multis locis correctus interdum lectiones nullo codice traditas, interdum genuinas praebet, e.g.

ep. 36,337 *nutantis* Bpc., *nuntiantis* Bac. cett.
ep. 51,37 *manifestata*] *manifestatur* ac., *manifeste* pc.
ep. 55,16 *in*] *sibi* Bpc.P Paris. 1756
ep. 55,23 *ita ut*] *itaque* Bpc.
ep. 56,138 *prodat* Bpc. Paris. 1756, *probat* vel *probet* cett.
ep. 56,140 *onera* Bpc. Paris. 1756, *ora* cett.
ep. 57,56 *viam levaret*] *uiolauerat* ac., *mulcebatur* pc.
ep. 62,332 *aridis*] *uaridis* ac., *ualidis* pc.

Quod ad lectiones correctas attinet cf. et 4.2.234.

4.2.232 De codice F

Codex Parisinus **F**, s.X/XI, olim monasterii Cluniacensis, saepius *d* cum signo abbreviationis pro voce *dominus* et *hic/haec/hoc* et semel *homo* pro voce *autem* praebet coniunctionis *autem* nota falso explicata, e.g.

ep. 51,71 *dominus*] *d.* ac., *deus* pc.
ep. 63,52 *dominus*] *d.*; item 63,111 al.
ep. 69,183 *autem*] *hoc*; item 69,272 al.
ep. 69,187 *autem*] *haec*; item 69,195.223
ep. 69,225 *autem*] *hic*
ep. 69,244 *autem*] *homo*.

Interdum scripturae sacrae vulgatam quam dicimus versionem praebet, e.g.

ep. 50,31 *implere*] *adimplere* F
ep. 50,43 *lapidet eam*] *lapidem in illam mittat*.

4.2.233 De codicibus L et G

Codices Londinienses **L**, s.XI, et **G**, s.XII, textum nonnullis locis vel correctum vel depravatum praebent, e.g.

ep. 3,60 *petitio*] *petitior* LG
ep. 56,14 *delationis*] *declinationis* F, *declamationis* LGPC
ep. 56,179 *nutat*] *putant* F, *perit* LG, om.PC
ep. 62,16 *locis*] *partibus* LG.

4.2.234 De codicibus P et C

Codices Parisinus **P**, s.XII, olim monasterii Tornacensis, et Cantabrigiensis **C**, s.XV, quamquam ex eodem subarchetypo ac codices **BFLG** fluxerunt (cf. 4.2.23)[26], tamen multis locis a ceteris codicibus differunt, e.g.

ep. 2,3 *motum*] *totum* PC
ep. 12,30 *peremptus*] *mortuus* PC
ep. 13,16 *misericordia*] *ueritate* PC
ep. 40,2 *Sabino*] *Irenaeo* PC
ep. 55,81 *dabitur vobis*] *accipietis* (Vulg.) PC
ep. 55,102 *invenisti*] *uenisti* FLG, *inuenire potuisti* (Vulg.) PC
ep. 57,150 *animi ... promptus*] *animositate ... promptus* PC
ep. 62,209 *facem*] *faculam* PC
ep. 64,55 *peccatum*] *uitium* PC
ep. 64,116 *populos qui sequuntur*] *populum qui sequuntur* FLG, *populum qui sequitur* PC.

Cum codicibus **PC** artissime coniunctus est codex Bononiensis (Boulogne-sur-mer) 36, s.XII. Quos codices textum correctum mutatumque praebere nemo miretur, cum epistulam extra coll. 14 e codice Audomaropolitano 72, s.IX[1], (vel e libro ab eo derivato) haustam sed multis locis correctam itaque ab exemplari e quo pendet aberrantem contineant[27].

Codex **P** epistularum et ordinem mutatum exhibet epistulis ad eosdem viros datis conexis et lectiones varias vel

[26] Cf. tom 3 prol. LVsqq.
[27] Cf. tom. 3 prol. CXXXVsqq.

adnotationes nonnullis locis a scriba ipso suprascriptas praebet, quae in codice **C** vel textus vocibus additae vel pro eis receptae inveniuntur, e.g.

ep. 56,86 *enim visitantur sed attrectantur*] add. *uel autem uelentur nisi attrectentur* Psl., *autem uelentur nisi attrectentur* C

ep. 56,173 *partus putatur*] *uel partu periclitatur* Psl., *partu periclitatur* C.

Duobus locis ante lectiones varias supra lineam additas *alius liber* memoratur, cum in initio epistulae 65 ad nomen mutatum *Hireneo* in margine voces *alius liber Clementiano*, ad ep. 72,61 *decernendum* in margine voces *alius liber dicere nondum putant* scriba ipse addidit[28].

Ad locos corruptos vel correctos interdum in codicis **P** marginibus additum invenitur *r* (i.e. require), e.g. epp. 4,149; 18,118; 56,95.

Sed iam codicum **PC**Bon. subarchetypum secundum alium codicem correctum esse ex epistula 15 elucet, quam hi codices integram praebent, cum ceteri triginta fere lineas omittant (a l. 14 *vox* usque ad l. 42 *discat*). Quam lacunam Desiderius Erasmus a. 1527 secundum codicem quendam ignotum et Maurini a. 1690 secundum codicem 'Laetiensem annorum 500' hodie perditum suppleverunt. Itaque in Francogallia codicem quendam nobis non traditum ep. 15 integram solum praebuisse verisimile est, quo e codice in paucis codicibus suppleta est.

Codices **PC** interdum soli lectiones genuinas praebent, e.g.

ep. 7,367 *celebres* PC, *celeres* cett.

ep. 55,118 *discamus* PC, *dicamus* cett.

ep. 56,70 *nixa* PC, *nexa* cett.

Cum in codice **B** nonnullis locis correctis eaedem lectiones inveniantur quae in codicibus **PC**, codicem **B** secundum

[28] Codicem **P** ipsa inspexi et plurima additamenta a scriba primo adscripta esse vidi.

librum quendam eiusdem rivuli perditi correctum esse cum ex aliis tum ex his locis non improbabile duco:

ep. 45,5 *praetorio*] *praetorii* Bpc.PC
ep. 56,138 *prodat* Bpc.PC, *probat* vel *probet* cett.
ep. 62,211 *secuerant*] *seruerant* Bac., *seuerant* Bpc.PC
ep. 62,380 ante *infirmitatem* add. *propter* Bpc.PC **rm**.

Codicem **C** cum codice **P**, codicem **G** cum codice **L** artissime coniunctos in apparatum criticum adhibendos esse non existimavi. Multi codices francogallici et britannici arte cum codicibus **L** et **G** coniuncti sunt, e.g. Bruxellensis 956 (s.XIII), Andegabensis 307, Cantabrigienses Pembr. 42 et Trin. B.3.10 (s.XII), cum codice **B** correcto artius codices Parisini 1756 et 17363 (s.XII) a Maurinis editoribus adhibiti (cf. 4.5.5) cohaerent.

Quod ad lacunam suppletam attinet, simili modo eodem fere tempore, sc. s.XI ex. vel XII in., in monasterio Casinensi ut videtur codicem quendam Iuvenalis carminum e ceterorum Iuvenalis codicum hodie servatorum stirpe ortum secundum codicem quendam ignotum textum pleniorem praebentem hodie deperditum correctum esse e codice Oxoniensi Bodl. Canon. Class. lat. 41 elucet, qui in scriptorio monasterii Casinensis s. XII in. scriptus solus plus quam triginta versus, quos Iuvenalis genuinos esse constat, nullo alio libro traditos continet[29].

4.3 De codicibus singulas epistulas complexis

4.3.1 Codex Vaticanus **U**, s.IX^2 in Gallia scriptus, epistulas 1–4, 6, 7, 10, 17–23 tradit. Post epistulam 4 *Finit liber I Incipit liber II*, post epistulam 21 *Explicit V Incipit VI*, post epistulam 23 *Explicit* legitur, e quo codicis **U** scribam has epistulas ex exemplari iam ultimis secundi libri epistu-

[29] Cf. M. Zelzer, Mittelalterliche Editionen (not. 6) 176sq. not.43.

lis, toto libro tertio et primis quarti libri epistulis spoliato sumpsisse manifestum est. Codex **U** multis erroribus et omissionibus depravatus est, e.g.

ep. 1,49 *factam*] *sumptam*
ep. 1,92 *conpassionem*] *conuersationem*
ep. 4,4 *istud*] *studio*
ep. 7,315 *sunt*] *seruiunt*
ep. 10,102 *appetentia*] *sapientia*,

nonnullis vero locis solus lectiones genuinas servavit, e.g.

ep. 4,10 *inmaculata* U, *immolata* cett.
ep. 6,50 *interitio* U, *interior* (*-rio* B) cett.
ep. 19,84 *profecta* U, *proiecta* cett.

4.3.2 Codex Bononiensis (Boulogne-sur-mer) $\mathbf{B_1}$, s.VI[1] in Italia scriptus, post opera Ambrosiana De apologia David I, De Ioseph, De patientia, De paenitentia, De excidio fratris inscripta epistulas 64–68 primis et ultimis singularum epistularum verbis omissis et epistulis 67 et 68 in unam epistulam coniunctis praebet. Qui cum hodie epistula 68 incipiente desinat, e codice Parisino $\mathbf{P_1}$ sine dubio s.IX[2] in monasterio Corbeiensi ex eo descripto supplendus est; alios codices ab eo pendentes non adhibui, ut Avenionensem 276 (s.X/XI), Parisinum Arm. 840 (s.XI/XII), Oxoniensem Bodl. 137 (s.XII), Parisinum lat. 17354 (s.XII/XIII) et Caroliruhensem Aug.perg. 130 (s.X, epp. 67 et 68).

Codex $\mathbf{B_1}$ quamquam antiquissimus epistularum codex est, textum multo peiorem quam ceteri codices, multis erroribus et omissionibus depravatum praebet, e.g.

ep. 64,104 *absumat*] *sum*
ep. 65,1 add. *filiciter lege in christo iesum*
ep. 65,31 *sine re*] *si heredes*
ep. 65,47 *timetur*] add. *magister instruit* (glossa),

saepe vocales *e*/*i* confusas praebet, e.g.

ep. 64,4 *iusteficemur*
ep. 65,14 *repromissiones*] *-is*

ep. 65,59 *lectionis*] *-es*,

interdum vero solus lectiones genuinas servavit, e.g.

ep. 64,25 *ductor* B_1, *doctor* cett.


ep. 68,158 *cui respondit dominus* P_1, om.cett.

4.4 Conclusio et codicum stemma

Decem librorum codices usque hodie servati e duabus stirpibus pendent, quarum uni codices **AKV** e civitate Mediolanensi orti, alteri codices et e civitate Mediolanensi, **EHMOSWYZ**, et aliis locis, **NBFLGPC**, orti adnumerandi sunt. Quorum omnium fontem media in epistula XV triginta fere lineas omisisse, in Francogallia autem codicem quendam hodie deperditum solum hanc epistulam integram servavisse manifestum est. Quo e codice in codicum **PC** aliorumque subarchetypo magna epistulae XV lacuna suppleta nonnullique errores correcti sunt; ex eo et fortasse codicis **B** corrector nonnullas lectiones hausit.

Mediolani s.XI/XII ignotus quidam cum codices **AM** eodem fere tempore in scriptorio capituli metropolitani scriptos textus inter se differentes tradere cognovisset, codicem utrumque secundum alterum correxit et paucis locis easdem lectiones addidit. E codice **A** correcto et codex **V** maiori e parte descriptus est et Martinus Corbo non solum alterum epistularum extra coll. corpus sed etiam multas lectiones ad libros I–X constituendos hausit. Epistularum textum ss. XI et XII Mediolani variis modis correctum et contaminatum esse codices **EOWYZ** demonstrant.

Uterque codex singulas epistulas tradens, **U** et $\mathbf{B}^1$, valde corruptus est sed interdum solus lectiones genuinas servavit.



4.5 De editionibus

4.5.1 Epistulas Ambrosianas typis impressas primus Georgius Cribellus „Mediolani per magistrum Leonardum Pachel MCCCCLXXXX die XVIII decembris“ edidit. Qui cum epistulas ut ipse adnotavit secundum ordinem digessisset qui suo iudicio concinne positus videretur, post ep. 6 librum I, post ep. 9 librum II, post ep. 12 librum III finivit, in libro quinto post epistulam 24 omnes epistulas ad imperatores missas (extra coll. 12, 30, extra coll. 11, 74, 72, 72a, 73, 75, 75a, 25) et obitum Theodosii, in libro vero decimo post ep. 71 Sirici epistulam et Ambrosi responsum (= extra coll. 15), epp. extra coll. 14 et 13 et pseudoambrosianam *Ad Demetriadem* posuit.

Cribelli editione Iohannes Amerbachius paucis mendis typographicis correctis usus est, cum anno 1492 primus omnia opera Ambrosiana apud Frobenium Basileensem edi-

dit; quam editionem longe lateque divulgatam iam Otto Faller pro Cribelli editione adhibuit (= **a**).

4.5.2 Eodem tempore et loco Stephanus Dulcinius canonicus Mediolanensis epistulas Ambrosianas per Antonium Zarotum Parmensem edendas curavit; qua in editione Kal. Februariis a.1491 prodita sicut in Martini Corbo codice (cf. 4.2.215) ante decem epistularum libros epp. extra coll. 14 et 13, post epistulam 76 obitus Theodosii et Valentiniani, epp. extra coll. 15 et 12 et pseudoambrosiana *Ad Demetriadem* posita sunt (= **d**).

Cribelli et Dulcinii editiones quamquam multum inter se differentes tamen e Martini Corbo codice pendere ex his locis elucet (cf. et prol. ad librum decimum 3.3) :

ep. 55,115 *metes*] add. iterum *quasi admoneris ut semines* HS **ad**
ep. 56,221 *accusationis*] *excusationis* HS **ad**
ep. 62,325 *pocula*] *epulas* HS **ad**
ep. 63,99 *furtivum*] *fortuitum* HS **ad**.

Mediolani cum eodem tempore duae editiones multum inter se differentes altero editore alterum ignorante prodierint, nonnullos libros e Martini Corbo codice descriptos varieque correctos extitisse concludimus. Revera quosdam Martini Corbo codices servatos alia Ambrosi opera continentes a multis manibus et coaevis et posteris correctos esse Mirella Ferrari monstravit[1]. Praeterea Cribellum non solum epistularum ordinem sed nonnullis locis textum ipsum mutavisse ex epistula extra coll. 11 monstravi, quam a Martino Corbo praetermissam e codice A hausit (cf. prol. ad librum decimum 3.3.2), e.g.

ep. 36,42 *rorat*] *rigat* **a**
ep. 38,22 *Noe*] *nomine* **a**
ep. 44,14 *arvo*] *aluo* **a**

[1] Cf. p. 51 not. 39 et Proleg. ad librum decimum 3.2.35.

ep. 51,112 *in spiritu*] add. *uidere* **a**
ep. 52,23 *Epiros*] *-rum* **a**;

interdum lectio genuina restituta est, e.g.

ep. 51,54 *offunderetur* **aerm**, *effunderetur* codd. **d**
ep. 66,80 *ablegato* **arm**, *obligato* (*abligato* B_1) cett. **d**.

Dulcinius secundum codicem **A** magnam epistulae 55 lacunam (ll. 164–218) explevit et nonnullos locos correxit, ut ex his exemplis apparet:

ep. 48,90 *multiloquio*] *-ii* Apc. **d**
ep. 51,117 *illi*] *magis* Apc. **d**
ep. 51,123 *qui*] add. *enim* Apc. **d**
ep. 56,181 *malo*] *malum* Aac.KV, *malim* Apc. **d**,

et paucas lectiones nullo codice traditas praebet, e.g.

ep. 62,419 *patrio solo*] *primo loco* **d**
ep. 64,50 *amputatis*] *–tans necessaria dimittantur* **d**.

4.5.3 Editionem Amerbachianam multi viri docti corrigere studuerunt. Primus Desiderius Erasmus, qui in editione Frobeniana a. 1527 prolata se magnum laborem adhibuisse dicit „dum collatione veterum codicum emendantur depravata, restituuntur amputata, resecantur assuta, reponuntur graeca, quae vel aberant prorsus vel figuris nihil significantibus fuerant addita“ (Ep. dedicatoria AA 2^r, = **e**), e codicibus hodie deperditis magnam ep. 15 lacunam explevit, sed plus ingenio suo quam aliis codicibus adhibitis textum correxisse et mutavisse videtur, interdum vero lectiones genuinas restituit, e.g.

ep. 44,21 *inopia* **erm**, *impia* **ad**
ep. 56,269 *vitiorum*] *uirorum* **er**
ep. 57,69 *infima* **erm**, *infirma* cett. **ad**.

Erasmi editionem saepe variis locis sub prelo datam et Ioannes Costerius (a.1555 Basileae) et multo melius Ioannes Gillotius codicibus collatis (a.1569 Parisiis) correxerunt.

4.5.4 Editionibus supra memoratis epistulae 77 et extra coll. 1–10 desunt. Quas (epistulis 7–9 exceptis) una cum Gestis concili Aquileiensis primus Felix Cardinalis De monte alto edidit in omnium Ambrosii operum editione, quae annis 1579–1587 apud Dominicum Basam publicata Romana dicitur (= **r**). Tomum quintum epistulas complexum a. 1585, cum iam pontifex maximus (Sixtus V) esset, edendum curavit, hoc modo in octo libros dispositum: Liber primus: Gesta concili Aquileiensis, epp. extra coll. 6 et 5, ep. 71, ep. Sirici et ep. extra coll. 15, epp. 39, 70; Liber secundus: 55, 72, 72a, 73, 75, 76, extra coll. 10 et 3, 74, extra coll. 1; Liber tertius: 36, 6, 46, 51, 52, 62, extra coll. 14; Liber quartus: 9, 10, 20, ps.Ambr. ep. 4, 27, 33, 49, *Sacrae virgini Demetriadi*, ps.Ambr. ep. 1; Liber quintus: 13, 14, 16, 21, 22, 23, 63–67; Liber sextus: 56, 57, 58, 24, 45, 50, 68; Liber septimus: ps.Ambr. epp. 2 et 3, 77, 30, 25, extra coll. 2, extra coll. 11; Liber octavus: 5, 33, 26, 32, 35, 7, 38, 41, 42, 43, 47, 53, 59, 60, 61. Nonnullas vero epistulas in tomis primo (epp. 1–4, 15, 28, 29, 31, 34, 44, 48, 54, 69), secundo (epp. 7, 11, 12, 17–19, 40), tertio (epp. extra coll. 12 et 13) inde ab a. 1579 publicatis posuit. Qui quamquam dixit decessores Pium IV et Pium V sibi opera Ambrosiana „ab interiectis erroribus repurganda atque ad pristinam auctoris ipsius puritatem veterum collatione exemplarium et alio quocumque aptiori studio reformanda“ mandasse et gloriatus est ea „vetustissimorum manuscriptorum codicum auxilio et sedula emendatiorum collatione exemplarium excusorum nativae restituta“ esse „integritati“ (cf. praefationem t. I et titulum t. IV), plus quam editores priores textum traditum coniecturis et interpolationibus depravavit et ordinem epistularum traditum mutavit.

Quomodo textum traditum mutaverit, hi loci monstrant:

ep. 48,24 *deos*] add. *sic enim dicunt: Surge et fac nobis deos qui praecedant nos* **r**

ep. 54,27 *Proverbiis*] add. *Ecce super superficiem deserti minutum ut coriandrum* **r**
ep. 62,17 *mare Rubrum*] *mare Persicum* **r**
ep. 62,274 *Agon*] *Siagon* **r**
ep. 62,275 *egregia*] add. *asini maxilla* **r**
ep. 69,263 *testamentum*] *pactum* **r**;

interdum lectionem genuinam restituit, e.g.

ep. 44,17 *communi omnium* **rm**, *communium* cett. **ade**
ep. 50,15 *qui* **rm**, *quia* cett. **ade**.

Haec editio auctoritate apostolica divulgata brevi priores editiones oppressit et saepe sub prelo renovata est.

4.5.5 I. du Frische et N. le Nourry patres Maurini (= **m**) centum annis post cum et editiones priores et codices Gallicos a se adhibitos varios epistularum ordines praebere statuissent, novum ordinem aggressi sunt, de quo rationem reddiderunt his verbis: „Nihil nobis commodius visum est quam ut omnes illas epistolas, quarum aetatis notam aliquam licuit deprehendere, secundum temporum rationem quam novimus potissimum probari ab eruditis, distribueremus. Inde classes exsurgunt duae sed quarum prior posteriorem longe superat ... " (tom. II, Admonitio, p. 733). Qui epistularum ordo usque ad nostra tempora in usu est.

Patres Maurini a depravato editionis Romanae textu deterriti ad textum constituendum haec sibi proposuerunt: „Primum enim hanc legem nobis inviolabilem esse voluimus, nullam in textum coniecturam umquam admittere" (tom. I, prol.). Quare nonnullos codices Gallicos adhibuerunt, sc. (cf. tom. II p. 1227sq.)

Belvacensem unum annorum circiter 800 (= B)
Pratellensem unum annorum etiam 800
Thuaneum unum annorum 800
Vindocinensem unum annorum 700 (= Vind. 128?)

Regium unum annorum 600 (= Paris. 1920, s.XIV)[2]
Albinianum unum annorum circiter 600
Tellerianum unum aetatis circiter eiusdem (= P)
Gemeticensem unum annorum amplius 500
Longipontinum unum annorum 500
Caroli loci unum annorum 500 (= F)
Pontiniacenses duos non diversae antiquitatis
Laetiensem unum etiam annorum 500
Michaelinum unum eiusdem aetatis
nonnullosque alios ad singulas epistulas constituendas.

Quibus e codicibus interdum lectiones genuinas restituerunt, e.g.

ep. 38,32 *Bononiam* **m**, *bonus iam* codd. Med. (AKMpc.SWpc.) **d**, *bonus* **ae**, *bonus nepa* **r**
ep. 41,7 *incremento* **m**, *incrementa* codd. Med. (Apc.Hpc.Spc.) **ader**
ep. 62,33 *supplantatur* **m**, *est supplantator Epc.S* **ader**,

interdum vero proprias eorum lectiones praebent, e.g.

ep. 36,126 *accesserit*] add. *inveniet* Paris. 1756. 17363 **m** (cum adnotatione: "verbum *inveniet* in pluribus ac potioribus mss. invenire est").
ep. 36,181 *per singulos*] *singulos* Bac., *singulis* Bpc. Paris. 1756. 17363 **m**
ep. 37,51 *epistulas*] *-am* P **m**
ep. 39,20 *si* eras. B, om. Paris. 1756. 17363 **m**
ep. 40,34 *imaginem*] add. *et similitudinem* Paris. 1756 **m**
ep. 48,95 *revocaretur*] add. *et* Bsl. Paris. 1756. 17363 **m**
ep. 50,35 *lectum*] *descriptum* B **m**
ep. 51,140 *verticem*] *cervicem* Paris. 1756 **m**

[2] Cf. Proleg. ad epp. extra coll. 1.4.12.

ep. 51,142 *inimicorum*] add. *suorum* Paris. 1756 **m**,
ep. 63,39 *et*] *sicut* B Paris. 1756. 17363 **m**
ep. 63,76 *praesciscere*] *praescisse* Bpc. Paris. 1756. 17363 **m**
ep. 63,112 *evitare*] *euadere* P **m**
ep. 66,56 *caritatem*] add. *praesertim* B_1 **m**.

Paucae Maurinorum lectiones in codicibus mihi notis non inveniuntur, e.g.

ep. 50,52 *vide amodo* tr. **m**
ep. 56,110 *paucarum* **m**, *paucorum* cett. **ader**.

Maurini vero quamquam in adnotationibus multas editionis Romanae lectiones suo iure reiecerant, non paucas eius coniecturas in textum receperunt, e.g.

ep. 57,134 *animisque*] *animis itaque* **rm**
ep. 57,254 *angeli*] add. *dei* **rm**
ep. 67,5 *ergo*] add. *si dominus vidit non eum praeterivit quare* **rm**.

Maurinorum textum et Iohannes P. Migne Patrologiae tomo XVI a. 1845 et 1880 edito et P.A. Ballerini omnium Ambrosianorum operum tomo V a. 1875 edito receperunt.

4.5.6 Otto Faller demum ordinem genuinum omnibus fere codicibus traditum restituit et a. 1968 libros I–VI edidit.

Quae cum ita sint, in apparatum criticum editiones **adrm** semper, **e** saepe adhibui.

5 De textu constituendo

5.1 Ad textum decem librorum constituendum semper considerandum est editores primos, Cribellum et Dulcinium, codices Mediolanenses e duobus rivulis ibi servatis contaminatos varieque correctos adhibuisse, Desiderium Erasmum Cribelli editionem ab Iohanne Amerbach adhibitam plus suo ingenio quam novis codicibus nixum correxisse, Felicem Cardinalem de Monte Alto editionem Erasmianam nonnullis interpolationibus depravavisse, Maurinos denique patres multis editionum praecedentium lectionibus suo quidem iure reiectis non paucas editionum **aer** coniecturas et singulas singuli codicis Francogallici lectiones in textum recepisse.

5.2 Quae cum ita sint haec edito antiquissimis nixa codicibus a praecedentibus multis locis differt, e.g.

ep. 36,303, ubi omnes editiones praebent *in illis infirmis et egenis melius opes lucent*, cum codicibus antiquissimis Aac.Bac.EFac.KLMWac. *infirmibus* scribendum est, forma qua saepius Ambrosius usus est, praecipue in hoc versiculo *factus sum infirmibus infirmus* (1Cor. 9,22), cf. ep. 7,248 et In Luc. 2,41; 4,6 al.; vgl. H. Roensch, Itala und Vulgata, Marburg ^{2}1875, 274;

ep. 36,337, ubi secundum codicem A *si quis est qui licet susceptae sit infirmitatis ... expurgare habitam de se opinionem velit* scripsi, ceteri codices syllabarum *et* et *ex* confusione *et purgare* tradunt, editiones **erm** *et* omiserunt;

ep. 38,59, ubi omnes editiones praebent *quia infantiae nescit blanditias et de nutricis gremio se illaesus excussit* (sc. Valentinianus quidam Mediolanensis), vox *illaesus* in codicibus AHKOSW invenitur, cum ceteri codices *inuleus*

(BEM), *inulcus* (FL), *inultus* (P) tradant. Dum Faller codicem P secutus *inultus* scribit, vocem *inuleus* ad Horat. carm. 1,23,1 alludentem in textum recepi. Horati versum *vitat inuleo me similis Chloe* Porphyrius hoc modo explicat: *Chloe me vitat atque timet ut inuleus qui matri aberravit*, Ambrosius autem Valentinianum paucis lineis ante cum *Nebroth* comparavit, quod nomen Hieronymus in libro interpr. Hebr. nom. Gen. sic interpretatur: *Nemroth tyrannus vel profugus aut transgressor* (9,4 Lag.) vel *Nemroth apostata* (52,2). Vocem *illaesam* glossam esse puto, quae in codicum AK subarchetypo addita in codices AK et ex codice A in codices HOSW manaverit; codicum AK subarchetypum nonnullis glossis s.l. additis affectum fuisse monstravi, cf. 4.2.11;

ep. 39,3, ubi in editionibus legitur *quem scripsisti maledici seminatorem sermonis levissimus* (*verissimus* **d**) *est*: vox *levissimus* nullo codice, vox *verissimus* codd. Mediolanensibus AMpc.OW, in ceteris vero vox *lerissimus* alias ut videtur non servata traditur, quae vox cum vocibus *delirium, delirare* et *delirus* coniuncta a graeco substantivo λῆρος (= nugae) derivatur, cf. Caprum GLK VII 109,6 *delirare et delerare* ἀπὸ τοῦ λήρου; multi viri docti vero Varronem secuti[1] *delirare/dilirare* et *delirium* a voce *lira* pendere putant[2];

ep. 39,27, ubi *hic igitur ut arroderet aliquid de meis scriptis eam sibi amplam repperit* secundum plerosque

---

[1] Cf. Vel. Long. *sic etiam delirus placet Varroni, non delerus: non enim, ut quidam existimant, a graeco tracta vox est,* παρὰ τὸ ληρεῖν, *sed a lira, id est sulco. Ita sicuti boves, cum se a recto actu operis detorserint, declinare dicuntur, sic qui a recta via vitae ad pravam declinant, per similitudinem translationis item delirare existimantur,* GLK VII 73,2sqq.

[2] Cf. Ernout-Meillet s.v. lira: "deliro: sortir du sillon et par suite „perdre le droit chemin, perdre la raison, délirer", Varro ... , souvent écrit delero qu'on explicite par un faux raprochement avec ληρεῖν, cf. Caper ...)."

codices scribendum est. De *ampla* = *ansa* cf. ThlL I 1989 et ep.extra 8,38 *amplam quaestionis*. Editores Cribellus, Dulcinius et Erasmus codicis A correctorem recentissimum secuti *causam sibi amplam repperit* in textum receperunt; codices G_1pc. et O *amplam* in *uiam* correxerunt, editiones Romana et Maurina *amplam viam* praebent;

ep. 55,67, ubi omnes editiones praebent *non apparuit tibi deus*, sed codices antiquissimi Aac.Bac.EK *paruit* (*parauit* Bac.) tradunt, qua voce in vetere Bibliorum sacrorum versione saepius verbum graecum ὤπται redditum invenitur, cf. Roensch 374;

ep. 55,112, ubi cum codicibus AK *age ergo inspiret et seminet ut metas* scripsi, ceteri codices omnesque editiones *age ergo ut inspiret et seminet ut metas* praebent;

ep. 57,161, *invadendi urbem vacuam facta copia et mox admoto incendio flammarum fragor atque aestus furens captae urbis speciem manifestarunt*: codices BEFLMNW et **ad** ad *admoto* addiderunt *statimque admoto*; quare Erasmus *admoto statimque adulto incendio* scripsit eumque ceteri editores secuti sunt. Sed *statimque admoto* nihil aliud quam lectionem variam esse puto, quae in codicum BEFLMNW subarchetypo s.l. addita in textum manaverit;

ep. 63,76, ubi *ad cavendum enim prodest praesciscere* scripsi secundum plurimos codices; editiones **aer** secundum quosdam codices *praescire* et Faller cum Maurinis secundum codicem Bpc. *praescisse* in textum receperunt.

5.3 Quamquam editores priores iam non paucos archetypi errores sustulerant[3], nonnulli loci adhuc corrupti corrigendi erant, e.g.

ep. 36,340 omnes codices et editiones praebent: *medendi periti cum vident notas aegritudines ut ipsi appellant,*

[3] Cf. 4.5.2; 4.5.3; 4.5.4.

medicinam quidem non adhibent, sed tamen medicinae tempus exspectant. Maurini vero patres ad hunc locum adnotaverunt: „Fortasse *notas aegritudinis* ut designetur statim atque deprehensa sunt prima aegritudinis indicia, medicinam non adhiberi nempe secundum Hippocratis pronuntiatum Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν, μὴ ἅμα." Cum in libris de arte medica scriptis saepius termini technici σημεῖον vel γνώρισμα inveniantur, e.g. Gal. 1,314 σημεῖα προγνωστικά; 358 τῶν νοσούντων ... τὰ γνωρίσματα, *notas aegritudinis* scripsi.

ep. 52,33 *Non novi patrem vel matrem vel fratres nisi eos 'qui audiunt verbum dei et faciunt'* scripsi; codices vel *fratres meos sed* vel *fratres meos si* vel *fratres nisi* (codex F) tradunt, editiones **aer** *fratres meos sed eos*, Maurini vero *fratres meos nisi* praebent.

ep. 57,32 in codicibus et in **d** legitur *exardescebat magis possessio* (*possessione* P): dum editiones **aer** *possessio* omittunt, Maurini codicem P secuti sunt; Faller secundum Flavi Iosephi vocem τῷ πάθει *possessio* in *passione* correxit.

ep. 58,83 omnes codices omnesque editiones praebent *quod enim in commune constituitur ei tantum proficit*: Faller *non* post *enim* addidit, sed cum coniunctionum *non* et *enim* compendia facile confundi potuerint, *non* pro *enim* scribendum puto.

ep. 62,92 omnes editiones praebent *ut nullus virili ingenio ad libertatem animos tollere auderet*, sed codices antiquiores vel *libertate* vel *libertatem* praebent, *ad libertatem* soli codices Bpc.HSWpc.; quare *libertate* in *libertati* correxi.

ep. 62,341 omnes codices et editiones **ader** praebent *Sampson ... significavit ligatum se septem funibus ... venturum se* (*sed* Bac., del.) *in potestatem hostium*; Maurini cum codice Bpc. *se* alt. omiserunt, ego vero vocem *se* pr. per dittographiam ortam arbitrata delevi.

ep. 62,374 omnes editiones praebent *erant tria milia ferme hominum virilis ac muliebris sexus*, sed plurimi codices *uirile ac muliebre sexus* tradunt; cum Ambrosius multis huius epistulae locis Sallustium imitatus sit, iam Faller secundum Sall. hist. frg. 2,70 *virile ac muliebre secus* scribendum esse cognovit. Item ep. 57,174 omnes editiones praebent *muliebris sexus*, sed duo codices (BF) *secus* et nonnulli *muliebre* servaverunt.

Cf. et ep. 37,40; ep. 50,20; ep. 57,90 al.

5.4 In rebus orthographicis non codicum inter se differentium rationes sed Mari Victorini grammatici s.IV praeclarissimi praecepta, quae in arte grammatica 1,4 *De orthographia* exposuit, secuta sum.

APPENDIX

DESCRIPTIO CODICUM

1 Decem librorum codices

A Codex Mediolanensis Ambrosianus I 71 sup., s.XI, cf. tom. 3, CLXXVII.

B Codex Berolinensis bibl. Nat. Lat. fol. 908, s.IX med., cf. tom. 3, CLXXVII.

C Codex Cantabrigiensis bibl. univ. Ff IV. 7 (1250), s.XV.
Membr., 181 ff., 292 mm × 191 mm.
ff. 1–165 epp. 1–77
ff. 165–181 ob.Val., ob.Theod.
A Catalogue of the Mss. perserved in the Library of the Univ. of Cambridge 2, 1857, 436.

E Codex Vaticanus Latinus 286, s.IX^2, cf. tom. 3, CLXXVIII.

F Codex Parisinus bibl. armamentarii (de l'Arsenal) 1244, s.XIin., cf. tom. 3, CLXXVIIIsq.

G Codex Londiniensis Musei Britannici reg. vet. 6 A. XVI, s.XII.
Membr., ff. 160, in Anglia scriptus.
ff. 1–160 Epistulae 1–76, ob.Theod., ep. 77, Nab.
Quaternione omisso desunt ep. 62, 282 (*assump*)*tor* – ep. 63,7 *iracundiam et.* Post ep. 17 addidit *explicit liber II,*

incipit liber III ..., post ep. 61 *explicit liber VI, incipit liber VII;* post ep. 69 *explicit liber VII, incipit liber nonus* (i.r.)
G. F. Warner – J. P. Gilson, Catalogue of Western Mss. in the Old Royal and King's Collections, London 1921, 134.

H Codex S. Crucis (Heiligenkreuz) 254, s.XII, cf. tom. 3, CLXXIX.

K Codex Coloniensis bibl. cath. Dom. 32, s.XI[1], cf. tom. 3, CLXXIX.

L Codex Londiniensis Musei Britannici reg. vet. 5 F. XIII, s.XI, cf. tom. 3, CLXXX.

M Codex Mediolanensis Ambrosianus B 54 inf., s.XI, cf. tom. 3, CLXXX.

N Codex Monacensis bibl. Nat. Lat. 10041, s.X, cf. tom. 3, CLXXXsq.

O Codex Oxoniensis Bodleianus Canon. Patr. Lat. 229 + 210, s.XII, olim S. Iustinae de Padua, cf. tom. 3, CLXXXI.
Quat. I et II desunt.

P Codex Parisinus bibl. Nat. Latinus 1754, s.XII, cf. tom. 3, CLXXXIsq.

S Codex Mediolanensis Ambrosianus F 114 sup., s.XV, cf. tom. 3, CLXXXIIsq.

V Codex Vaticanus Latinus 6023, s.XII.
Membr., ff. I + 324, 512 × 337 mm.
Foliis aliquibus omissis mutilatus.

W Codex Vaticanus Latinus 285, s.XI, cf. tom. 3, CLXXXIII.

Y Codex Havniensis (Kopenhagen) bibl. reg. fol. 22, s.XV.
Membr., ff. 197, 286 mm × 200 mm, in Italia scriptus, ex libris Congregationis S. Mauri Romae (f. 1) et a Friderico Rostgaard a. 1699 Romae emptus.
ff. 1–192 Decem epistularum libri
ff. 193–197 Tabula super epp. Ambrosii (a manu recentiori addita).
E. Jorgensen, Catalogus codicum lat. medii aevi bibl. reg. Hafniensis I, Kopenhagen 1923, 17.

Z Codex Vaticanus Latinus 264, s.XI/XII, cf. t. 3, CLXXXIX.

2 Codices singulas epistulas continentes

B_1 Codex Bononiensis (Boulogne-sur-mer) 32, s.VI[1].
Membr., ff. 190, 245 × 220 mm, verisim. in Italia scriptus. Nonnullae adnotationes s.VIII in marginibus scriptura anglosaxonica additae sunt.
ff. 1–182 apol., Ioseph., pat., paen., exc.fr.
ff. 181–190 epp. 64–68
CLA VI, 735. Cat. Gén. 4°,IV, 1872, 592sq. Faller CSEL LXXIII, 66*sqq.

O^b Codex Berolinensis Ham. 24, s.XV.
Membr., ff. 98, 280 × 200 mm, Comiti Laurentio Strozza ab Andrea Caligrapho Ferrarae scriptus (cf. f. 97^v).
f. 1 incarn.
f. 27^v fid.
ff. 49^r–97 epp. 1.55;2.3.7.10;4.6.11–16.63–65.68.54;17;5.43;8;9
H. Boese, Die lat. Handschriften der Sammlung Hamilton zu Berlin, Wiesbaden 1966, 11.

P_1 Codex Parisinus 12137, s.IX.
Membr., ff. 150, 256 × 210 mm, olim S. Petri Corbeiensis, postea S. Germani a Pratis 204.
ff. 128^v–135^v epp. 64–68
L. Delisle, Inventaire des Mss. de Saint-Germain-des-Prés, Paris 1868, 38. Faller CSEL LXXIII, 90*.

U Codex Vaticanus 293, s.IX^2.
Membr., ff. I + 134, 197 × 165 mm, in Gallia scriptus.
ff. 1–94 off.
ff. 95–123 Ambr. epp. 1–4, 6, 7, 10, 17–23
f. 123 Fulgentii sermo 10
f. 126 De duodecim abusivis
M. Vatasso – P. Franchi de' Cavaglieri, Codices Vaticani Latini I, 1902, 212.

EPISTULARUM LIBRI VII–VIIII

CONSPECTUS CODICUM

1. Codices decem epistularum libros continentes

A = Mediolanensis bibl. Ambros. I 71 sup., s.XI
B = Berolinensis Lat. fol. 908, olim Belvacensis (Beauvais), s.IX med.
E = Vaticanus Lat. 286, s.IX[2]
F = Parisinus bibl. Armamentarii (de l'Arsenal) 1244, s.X/XI
[*H* = Monasterii S. Crucis (Heiligenkreuz) 254, s.XII][1]
K = Coloniensis bibl. cath. dom. 32, s.XI in.
L = Londiniensis Musei Britannici bibl. reg. vet. 5 F. XIII, s.XI
M = Mediolanensis bibl. Ambros. B 54 inf., s.XI
N = Monacensis bibl. Nat. Lat. 10041, s.X/XI (ep. 31,82–50,25 desunt)
O = Oxoniensis Bodl. Canon. Patr. Lat. 210 + 229, s.XII
P = Parisinus bibl. Nat. Lat. 1754, s.XII
S = Mediolanensis bibl. Ambros. F 114 sup., s.XV
W = Vaticanus Lat. 285, s.XI
G_1 = Gratianopolitanus (Grenoble) 254, s.XII
(ad codicem *O* in epistula 55 supplendum adhibitus)

2. Codices epistulas 64–68 continentes

B_1 = Bononiensis (Boulogne-sur-mer) 32, s.VI[1] (des. ep. 68,13)
P_1 = Parisinus bibl. Nat. Lat. 12137, s.IX[2]
(ad codicem B_1 supplendum adhibitus)

Errores a scriba ipso correcti nisi paucis locis non adnotantur.

3. Editiones

a = Amerbachii Editio Basileensis a. 1492 (Cribelli editionem primam Mediolanensem a. 1490 secuta)
d = Dulcinii Editio Mediolanensis a. 1491
[**e** = Erasmi Editio Basileensis a. 1527][2]
r = Editio Romana a. 1581–1585 (t. 2–5)
m = Maurinorum Editio a. 1690 (tomus secundus)

De compendiis cf. CSEL LXXXII/III p.CCI

---

1. Propriae huius codicis lectiones in apparatum criticum nisi paucis locis non receptae sunt.

2. Cum Erasmus Amerbachianum textum nonnullis locis optime correxerit, eius editio neglegenda non est; ubi ceteris editionibus notatis non laudatur, cum Amerbachiano concordat.

LIBER SEPTIMUS

XXXVI (*Maur.2*)

Ambrosius Constantio

1. Suscepisti munus sacerdotii et in puppe ecclesiae sedens navim adversus fluctus gubernas. Tene clavum fidei, ut te graves huius saeculi turbare non possint procellae. Mare quidem magnum et spatiosum, sed noli vereri *quia ipse super maria fundavit eam et super flumina praeparavit eam*. Itaque non immerito inter tot mundi freta ecclesia domini tamquam *supra* apostolicam *aedificata petram* immobilis manet et inconcusso adversum impetus saevientis sali perseverat fundamine. Alluitur undis, non quatitur, et licet frequenter elementa mundi huius magno illisa resultent fragore, habet tamen quo laborantes excipiat, tutissimum portum salutis.

---

2 *Scripta mense Martio ineunte a.379, cf. Proleg.* **3** Constantio] *episcopo Claternensi ut videtur, cf. Proleg.* **7** *Ps. 23,2 **10** Mt. 16,18 **13sq.** illisa – fragore] *cf.* Verg. Aen. 5,150

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

1 Incipit (*om.***a**) liber VII (septimus **ad**) *ABELM* **ad**, Incipit liber *K*, *om.FHOPSW* **2** XXXVI *Apr.Wpc.*, XXXVII *Aar.BEFKLM* **d**, XLVII *O*, L *P*, XLIIII **a**, XIX **r**, *om.HS* **3** Ambrosius episcopus Constantio fratri **r** Constantio] -ino *AK, add.* s(alutem) *M* **d** **4** puppi *Epr.*, pupe *AKMO* **d** **5** nauem *BO* gubernas tene] gubernatene *Bac.* **6** possint] -sent *Aac.Bac.Eac.Fac.Kac.m1MW* **7** mare] *add.* autem *Aac.Msl.* **10** aedificatam *EFar.Hac.W*, fundata *Pac.m1* **11** inconcussa *P*, incusso *L* aduersus *HMP* impetum *M* **13** illisa] in ista **ae** recultent *B* **14** quo *Apr.Bpr.* **arm**, quod *cett.* **d**

2. Sed tamen etsi in mari fluctuat, currit in fluminibus, et vide ne in illis fluminibus magis, de quibus dictum est: *Elevaverunt flumina vocem suam*. Sunt enim *flumina* quae *de ventre eius fluent*, qui potum a Christo acceperit et *de spiritu* dei sumpserit. Haec ergo *flumina* cum redundant spiritali gratia elevant *vocem suam*. Est et *fluvius* qui decurrit in sanctos suos *sicut torrens*. Est et *fluminis impetus*, qui *laetificat* animam pacificam atque tranquillam. Ex huius fluminis plenitudine quicumque acceperit, sicut Iohannes evangelista, sicut Petrus, Paulus, elevat *vocem suam*, et sicut apostoli evangelicae praedicationis vocem *usque in* totos *fines orbis terrarum* canoro diffuderunt praeconio, ita et iste incipit evangelizare *dominum Iesum*. Accipe ergo a Christo, ut et tuus sonus exeat.

3. Mare est scriptura divina, habens in se sensus profundos, altitudinem propheticorum aenigmatum, in quod mare plurima introierunt flumina. Sunt ergo et fluvii dulces atque perspicui, sunt et fontes nivei, qui *sali*ant *in vitam aeternam*. Sunt et *sermones boni sicut favi mellis* et gratae sententiae, quae animos audientium spiritali quodam potu irrigent et

---

18 Ps. 92,3 **18–20** Ioh. 7,38sq. **20sq.** Ps.92,3 **21sq.** *Is. 66,12 **22sq.** Ps. 45,5 **25** Ps.92,3 **26** Rom. 10,18 **28** Act. 11,20 **30–32** *cf.* Ps. 92,4 **33** Ioh. 4,14 **34** Prov. 16,24

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

16 etsi] si *S* **d** cucurrit *W* **17** uidesne *H* in *om.BO* magis fluminibus *tr.***d** magis *om.EHMac.* est *om.B* **18** flumina] *add.* domine *A* **19** fluent] fluunt *M*, *add.* u *s.* e *Amp.* de *om.Fac.* **20** assumpserit *Mar.* spiritali] -lia *Eac.Far.HKLMSW* **21** gratia] *add.* dei *HS* et est *tr.* **d** **24** plenitudinem *Aar.M* **25** Petrus] *add.* et *H* **m**, *add.* sicut *Asl.Osl.* **26** usque] *del.O*, que *F* toto *OWac.* fine *O* **30** est] et **d** habent *Fac.* **30sq.** profundos] *add.* et **m** **33** nivei] uiui **r** saluant *L* **35** audientium] audientum *BEFLMW*, *sed cf. l.54 al.* quoddam *Spc.* potu] portu *Aac.m1Bac.Eac.Far.KMSac.m1*

praeceptorum moralium suavitate mulceant. Diversa igitur scripturarum divinarum fluenta; habes quod *primum* bibas, habes quod secundum, habes quod postremum.

4. Collige aquam Christi illam quae *laudat dominum.* Collige aquam de pluribus locis, quam *effundunt nubes* propheticae. Quicumque colligit de montibus aquam atque ad se trahit vel haurit e fontibus, et ipse rorat sicut nubes. Imple ergo gremium mentis tuae, ut terra tua humescat et domesticis irrigetur fontibus. Ergo qui multa legit et intellegit impletur, qui fuerit impletus alios rigat. Ideoque scriptura dicit: *Si impletae fuerint nubes, pluviam in terram effundent.*

5. Sint ergo sermones tui proflui, sint puri et dilucidi, ut morali disputatione suavitatem infundas populorum auribus et gratia verborum tuorum plebem demulceas, ut volens quo ducis sequatur. Quodsi aliqua vel in populo vel in aliquibus contumacia vel culpa est, sint sermones tui huiusmodi, ut audientem stimulent, compungant male conscium. *Sermones* enim *sapientium tamquam stimuli.* Stimulavit et dominus Iesus Saulum, cum esset persecutor. Quam salutaris fuerit stimulus considera, qui ex persecutore apostolum fecit dicendo: *Durum tibi est adversus stimulum calcitrare.*

---

37 *Is. 8,23 ; *cf.* In ps. 1,32sq. (*pp. 27,21sqq.; 30,2*): hoc primum bibe ... cito fac **39** Ps. 148,4 **40** Eccle. 11,3 **43sq.** *cf.* Prov. 5,15sq. **46** *Eccle. 11,3 **54** Eccle. 12,11 **54sq.** *cf.* Act.9,5 **57** Act. 26,14

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

37 diuinarum scripturarum *tr.OW* **39** illa *Aac.EKMac.W* **42** hauritae *F* rorat] rigat **ae** **43** umescat *Aac.Eac.* **46** terra *M* **48** pueri *Bar.* et *om.* **r** **50** plebem *om.K* **51** quo] quod *Amp.W* duci sequatur *A*, dulcis (-es *pc.*) sequantur *W* **52** vel *om.K* huiuscemodi *OW* **53** male *Bsl.* consciunt *Fac.* **54** sapientum **ae** tamquam] quasi *H* stimulis mulauit *Bac.* stimulant *O* **57** feci *Bac.* est tibi *tr.HP* **m** est] *add.* ut *Epc.FHLOPSWpc. edd.* calcitrare *Amp.m3*, calciare *A*, calces *cett. edd., sed cf.* Act.26,14 σκληρόν σοι πρὸς κέντρον λακτίζειν *et* In ps. 39,21; In ps. 118,15,38; In Luc. 9,10

6. Sunt etiam sermones sicut lac, quos infudit Paulus Corinthiis. Qui enim fortiorem cibum epulari non queunt, suco lactis ingenii sui exercent infantiam. **7.** Alloquia tua plena intellectus sint, unde et Salomon ait: *Arma intellectus labia sapientis*, et alibi: *Labia* tua *alligata* sint *sensu*, id est fulgeat sermonum tuorum manifestatio, intellectus coruscet et alloquium tuum atque tractatus aliena non indigeat assertione, sed sermo tuus velut armis suis sese ipse tueatur, nec ullum verbum tuum in vanum exeat et sine sensu prodeat. Est enim *alligatura* quae constringere solet animorum vulnera, quam si quis reicit, desperatam sui prodit salutem. Et ideo circa eos qui gravi ulcere vexantur, utere oleo sermonis quo foveas mentis duritiam, appone *malagma*, adiunge alligaturam salutaris praecepti, ut vagos et *fluctuantes circa fidem* vel erga disciplinae observantiam nequaquam soluto animo et remisso vigore patiaris perire.

8. Admone igitur plebem domini atque obsecra, ut abundet in operibus bonis, renuntiet flagitiis, non accendat flammarum incendia, non dicam in sabbato, sed in omni tempore, ne comburat corpus suum. *Fornicatio et immunditia* non sit in dei servulis, quia immaculato servimus dei filio. *Noverit unusquisque* se et *vas possideat suum*, ut sub-

---

58sq. *cf.* 1Cor. 3,2 **61** Prov. 14,7 **62** Prov. 15,7 **66** *cf.* Is. 55,11 **67–70** *cf.* Is. 1,6 **72** Eph. 4,14 *et* 2Tim. 3,8 **74sq.** abundet – bonis] *cf.* 2Cor. 9,8 **75sq.** non – sabbato] *cf.* Ex. 35,3 **76sq.** *cf.* Prov. 6,27sq. **77** Eph. 5,3 **79** *1Thess. 4,4

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

58 sint *OW* infundit **d** **60** succo *OWac. edd.* eloquia *Epc.HS* **adr** **62** labia *pr. om.Wac.* sapientia **r** sensu] sensui *LP*, sensus *O* **65** se *Bac.* **66** illum *Bac.* in vanum] ignauum *K* sensu *om.Kac.* **67** enim] autem *A* **70** appole *Eac.Mac.* **71** salutis **d** **72** erga *om.***rm** **73** solito *Bac.* remissio *L* **74** abundet *om.O* **75** non] nec *K* accedat *Bac.LM* **77** ne] nec *BKO* **78** seruiuimus *Hac.M* **79** se] *add.* ipsum *Amp., om.B* se et] ut **r** ut] quo **rm**

acto quodam sui corporis solo fructus exspectet debitos, nec *spinas et tribulos* ei *terra* sua *germin*et, sed dicat et ipse: *Terra dedit fructus suos*, atque in hac dumosa quondam passionum fragilitate insitiva virtutum effloreant. **9.** Edoce etiam atque institue, ut faciant quod bonum est, et unusquisque non intermittat opus probabile, sive a pluribus videatur sive sine arbitro sit; abundat enim sibi locuples testis conscientia.

10. Fugiat etiam mala opprobria, etiamsi se credat non posse convinci. Nam etsi clausus parietibus sit et opertus tenebris, sine teste, sine conscio, habet tamen facti arbitrum quem nihil fallat, ad quem facta clamant omnia. Denique *clama*vit et *vox sanguinis*. Se ipsum unusquisque ⟨....⟩, animum suum severum sui iudicem, ultorem sceleris et vindicem criminis habet. Denique timens et tremens oberrabat Cain, parricidalis facinoris luens poenas, ut ei remedio sua mors fuerit, quae vagum exulem formidato per omnia momenta terrore mortis per mortem exuit. Nemo igitur vel solus vel cum altero aliquid turpe aut improbum faxit. Et si quis solus est, se ipsum prae ceteris erubescat, quem maxime debet vereri.

---

81 Gen. 3,18 **82** Ps. 66,7; 1Macc. 14,8; *cf.* Ps. 84,13 **89–91** nam – fallat] *cf.* Sir. 23,26sq.(18sq.) **92** Gen. 4,10 **92–94** *cf.* Philon. Ioseph. (9) 47sq. **94–97** *cf.* Gen. 4,14–16

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

80 quodam] quasi a *O* solo] *add.* terra *Esl.mp.*, solus *Bac.* **81** ei] et *Aar.K*, *om.Apr.*, ex *H* ipsa *BKL* **82** quodam *Aac.W*, quadam *Apc.O* **d** **86** sive *om.Bac.* arbitrio *EHM* sibi *om.HOac.* locuplex *Apc.O* **d** **88** mala] *add.* et *BLP* **90** conscio] *add.* li *s.* sci *Mm1*, conscilio *W* arbitrium *Aac.m1Mac.* **91** clament *O* **92** se] sibi **aer** ipsum] ipse *EHMW*, ipso *S* unusquisque] *add.* et *Fsl.* **m**, *lacunam statui* **93** iudicem sui *tr.***erm** et *eras.B* **94** timens et tremens *AKO* **aerm**, tremens et timens *cett.* **d** **95** patricidalis *B*, parricidialis **m** ut] et *Bac.* **96** suo *OW* quae] quem **ae** **97** momenta *om.M* exiuit *LM* **98** faxit] fassit *M*, faciat *Apc.O*, facit **d**

11. Nec concupiscat plurima, quia et pauca ei plurima sunt. Paupertas et opes inopiae et satietatis vocabula sunt, nec dives est qui indiget aliquo nec pauper qui non indiget. Nec quisquam viduam spernat, circumscribat pupillum, *fraudet proximum* suum. *Vae* enim *illi* qui dolo congregatam habet substantiam et *in sanguine aedificat civitatem* id est animam suam! Haec est enim *quae aedificatur sicut civitas*. Hanc civitatem non aedificat avaritia sed destruit, non aedificat libido sed exurit atque incendit. Vis bene aedificare civitatem? *Melius est exiguum cum dei timore quam thesauri magni sine timore*. Divitiae hominis ad redemptionem animae debent proficere, non ad destructionem. Et thesaurus *redemptio* est si quis eo bene utatur, et iterum laqueus est si quis uti nesciat. Quid enim homini pecunia sua nisi quoddam viaticum est, multa oneri, moderata usui? Viatores sumus vitae huius. Multi ambulant, sed opus est ut quis bene transeat; cum illo enim dominus Iesus qui bene transit. Ideoque legis: *Si transeas per aquam tecum sum, flumina te non concludent nec ignis exuret vestimenta tua si transeas*. Qui autem ignem alligat in corpore suo, ignem libidinis, ignem immodicae cupiditatis, non transit sed ex-

---

104 viduam – pupillum] *cf.* Ex. 22,22; Zach. 7,10; Is. 1,17 *al.* **105** fraudet proximum] Lev. 19,11 **105sq.** Habac. 2,6.12 **107** *Ps. 121,3 **110** *Prov. 15,16 **113** *cf.* Prov. 13,8 **115sq.** multa – usui] *cf.* Sall. Iug. 14,4 **118** *Is. 43,2 **120** ignem – suo] *cf.* Prov. 6,27

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

101 nec] ne *F* quia *om.EMac.OW* et – **102** sunt *pr. om.B* et *om.F* **102** sunt *pr.*] *add.* quia *EHMOSW* **d** paupertas] *add.* enim **rm** satietates *AP* **105** qui] *add.* in *P* congregatam dolo *tr.* **erm** **107** sicut] ut *H, om.Eac.* **109** vis – **110** civitatem *om.Mac.* **110** timore dei *tr.O* **111** thenshauri *Bar.*, teshauri *Bpc. (sim. l.113)* **114** est *om.***d** nescitid *Bac.*, -iad *Bpc.* **115** quodam *L* **117** illo] *add.* est *Esl.mp.HLS* **d** enim] *add.* est **m** **118** transeat *Fac.* sum] ero *H* **119** non te *tr.O* exuret *Bpc.HP* **aerm**, exurit *cett.* **d** **121** ignem] *add.* enim *EMW* immodicae] immundae **d**

urit involucrum istud animae suae. *Praeclarior est bona existimatio quam pecunia,* et *super* omnes *argenti acervos bona est gratia.* Fides ipsa sibi abundat, satis superque censu suo dives. Sapienti quoque nihil alienum nisi quod virtuti incongruum; quocumque accesserit, sua omnia, *totus mundus possessio est,* quoniam toto eo quasi suo utitur. **12.** Quid igitur circumscribitur frater, quid fraudatur mercennarius? Non magna, inquit, lucra de mercede meretricis, id est lubricae istius fragilitatis. Meretrix ista non specialis, sed publica est, non una mulier, sed vaga omnis cupiditas meretrix est. Omnis perfidia, omnis fallacia meretrix, non illa sola quae corpus prostituit suum, sed omnis anima quae spem suam vendit, quae deformes quaestus et degenerem stipem quaerit. Et nos mercennarii sumus, quia ad mercedem laboramus et huius operis nostri mercedem speramus a domino nostro et deo. Si quis cognoscere vult, quam mercennarii sumus, audiat dicentem: *Quantis panibus mercennarii patris mei abundant, ego autem hic fame pereo,* et infra: *Fac me,* inquit, *sicut unum mercennariorum tuorum.* Omnes mercennarii, omnes operarii; qui tamen fructum exspecta[n]t laboris, consideret quod is, qui alium mercede fraudaverit debita, et ipse fraudabitur sua; feneratum istud offen-

122 *Prov. 22,1 **126** Prov. 17,6a LXX; *cf.* ep. 10,31sq. **129** non – meretricis] *cf.* Prov. 6,26 **138–140** Luc. 15,17-19; In Luc. 7,220 (*item* quantis) **142** *cf.* Iac. 5,4

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

122 inuoluclum *Ppc.* istud] illud *H* **123** estimatio *MO* acerbos *Bac.EFLM* **124** abundat sibi *tr.***erm** **126** accesserit] *add.* inueniet **m**, *cf. Proleg. 4.5.5* totus] *add.* ei *Fsl.* mundus] *add.* ei **d** **127** possessio] *add.* sua *Amp., add.* eius **rm** **128** qui *A* **130** flagitatis *B* **132** est *om.K* **135** quia *AK* **ad**, qui *cett.* **erm** **136** laborauimus *Bar.* **137** quam] quia *M* **138** audiat *Bpc.OP* **rm**, audi *cett.* **ade** dicentem audi *tr.AK, ante* audi *add.* dicentem *Msl. et del.* **140** ex mercennariis tuis *L* **141** exspectat **aerm**, -ant *cett.* **d** **142** his *Aar.Epc.FK* **143** ipsa *Bac.* foeneratum **ad** offendet *B*

dit et postea cumulatiore mensura exsolvet. Ergo qui non vult amittere quod est perpetuum, non eripiat alii quod temporale est.

13. Nemo etiam in dolo loquatur ad proximum suum. *Laqueus* est in labiis nostris, et saepe unusquisque sermonibus suis non explicatur sed involvitur. *Fovea alta est os malivoli*, grande innocentiae praecipitium, sed maius malivolentiae. *Innocens* dum credit facile, cito labitur. Sed tamen iste lapsus resurgit, maledicus autem suis artibus praecipitatur unde numquam exiliat atque evadat. Ponderet ergo unusquisque sermones suos non cum fraude et dolo. *Statera fallax improbabilis apud deum.* Non illam stateram dico, quae mercem appendit alienam – et in vilibus quidem rebus caro constat fallacia –, sed statera verborum ipsa apud deum est exsecrabilis, quae praetendit pondus gravitatis sobriae et subnectit versutias fraudulentiae. Hoc maxime condemnat deus, si decipiat aliquis proximum suum promissorum benignitate et subdola iniquitate defeneratum opprimat nihil sibi profuturus astutiae suae artibus. *Quid enim prodest homini*, si totius mundi capiat opes, *animam autem suam* vitae aeternae defraudet stipendio?

14. Alia piis mentibus consideranda statera, qua singulorum facta trutinantur, in qua plerumque *ad iudicium*

---

147 in – suum] *cf.* 1Petr. 3,10 (Ps. 33,14) **148** laqueus – nostris] *cf.* *Prov. 6,2 **149** *Prov. 22,14 **151** Prov. 14,15 **155** *Prov. 11,1 **162–164** Mt. 16,26 **166–171** *cf.* 1Tim. 5,24sq.

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

144 exsoluat *A*, -it *H* **145** ammittere **d** aliquod *Lac.* **149** est alta *tr.O* hos *F* **150** maleuoli *Aac.* **aerm**, maliuolum *O* maius] magis *EHMOSW* **d** maleuolentiae *Aac.Bac.EFac.SWac.* **aerm** **152** iste *om.O* elapsus *AEHKMOPSW* **ade** **153** euadet *Bac.* **156** dicam *L* mercem *BFac.* **rm**, mercedem *cett.* **ade** **157** cara *Fpc.Hpc.*, raro **aer** **158** est] et **d** **159** fraudolentiae *EKMSWac.* **d** **160** suum *om.***d** **162** suae] suis *M*, *om.Fac.* **164** defruet *Bac.* **166** trutinatur *Bac.*

peccata propendunt aut bene gesta peccatis praeponderant. Vae mihi si praecedant flagitia et ad mortis praeiudicium letali vergant pondere, tolerabilius si subsequantur! Omnia tamen *manifesta* domino et ante iudicium; nec *bona possunt* latere nec ea quae plena sunt offensionis *abscondi*. **15.** Quam beatus qui radicem vitiorum resecare potuerit avaritiam! Is profecto stateram hanc non reformidabit. Avaritia enim plerumque sensus hebetat humanos et pervertit opiniones, ut *quaestum pietatem* putent et pecuniam quasi mercedem prudentiae. Merces autem magna pietatis est et quaestus sobrietatis habere quod usui est satis. Quid enim in hoc mundo prosunt divitiarum superflua, cum in his et nulla adiumenta nascendi sint nec impedimenta moriendi? Nam et sine integimento in hoc mundo nascimur et sine viatico discedimus, sine hereditate sepelimur. **16.** Pendet per singulos nostrorum statera meritorum atque exiguis vel boni operis vel degeneris flagitii momentis huc atque illuc saepe inclinatur. Si mala vergant, heu me! si bona, praesto est venia. Nemo enim a peccato immunis, sed ubi propendunt bona, elevantur peccata, obumbrantur, teguntur. Ergo die

---

172 radicem – avaritiam] *cf.* 1Tim. 6,10 **175** 1Tim. 6,5 **176sq.** merces – satis] *cf.* 1Tim. 6,6.8 **180sq.** sine *pr.* – discedimus] *cf.* 1Tim. 6,7 **181 – 184** *cf.* Philon. Ioseph. (23) 140 **185** nemo – immunis] *cf.* Iob 14,4 LXX

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

167 produnt *Fac.*, produntur *Fpc.* praeponderat *Bac.* **169** laetali *EFKLOPW*, loet- **a** subsequatur *ABac.* **170** iudicem *Fpc.* **171** offensionibus **d** **173** enim *om.O* **174** peruertat *Bac.* **175** pietatem – **176** quaestus *om.O* **178** iis **arm** et *om.***d** **179** sunt *M* **180** integumento *Apc.Epc.HOS* **dm**, integmento *L* **ae**, tegumento *Bpc.*, tegi- *Wpc.* nascitur *Bac.L*, nasci *Fac.* **181** discedimus] descend- *Bac., add.* et *HO* perdet *Eac.* per *om.BFac.* **m** singulos] -is *Bpc.* **m**, *add.* dies *Amp.* **182** nostros *O* **183** flagitiis *Aar.* **183sq.** inclinatur sepe *tr.O* **184sq.** est venia] ueniam *M*, in uenia **d** **186** obumbrant *Fac.* ergo] *add.* in **m**

iudicii aut nostra nobis opitulabuntur opera aut ipsa nos in profundum tamquam molari depressos lapide demergent. Gravis est enim, utpote talento plumbeo suffulta, *iniquitas*, intolerabilis avaritia atque omnis superbia, taetra fraudulentia. Et ideo hortare plebem domini sperare magis in domino, *abundar*e in *divitiis simplicitatis*, in quibus ambulet sine laqueo, sine impedimento.

17. Bona etiam puri sermonis sinceritas et *locuples apud deum*; etiamsi inter laqueos ambulet, tamen quia alii nescit insidias aut vincula innectere, non alligatur.

18. Illud quoque praecipuum, si persuadeas ut noverint humiliari, sciant verum humilitatis colorem, naturam noverint. Multi habent humilitatis speciem, virtutem non habent, multi eam foris praetendunt et intus impugnant, ad fucum praeferunt, ad veritatem abiurant, ad gratiam negant. *Est* enim *qui nequiter humiliat se et interiora eius plena sunt doli, et est qui se nimium submittit a multa humilitate.* Non est ergo humilitas nisi sine fuco, sine fraude. Ipsa est vera, quae habet piam mentis sinceritatem. Magna virtus eius; denique *per inoboedientiam unius hominis mors introivit* et *per oboedientiam unius* domini Iesu Christi facta est universorum redemptio.

187sq. in – demergent] *cf.* Luc. 17,2 **189** talento – iniquitas] Zach. 5,7sq. **192** 2Cor. 8,2 **194** 1Petr. 3,4 **195** inter laqueos ambulet] *cf.* Ps. 141,4 **202** *Sir. 19,23sq. **206** *Rom. 5,19.12

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

187 opitulabuntur nobis *tr.* **erm** opitulantur *O*, -abantur *Bac.* **188** demergent] mergent *Bac.m1EHM edd.*, demergunt *O* **191** domini plebem *tr.P* sperari *S* **192** abundare] *add.* magis *P* **193** sine *pr.* – **195** ambulet *om.Mac.* **194** puris *EWac.* locuplex *O* **d** **195** qui *M* **197** perspicuum *P* **199** speciem] *add.* sed *AEHMNOSW* **ade** **201** praeferint *Aac.* adiurant *Aac.K* **203** dolo *FO* a] *om.B*, ut *Bsl.* ab humilitate multa **erm** **204sq.** est vera] uero *O* **206** eius] est *O* **206sq.** intrauit *AK*

19. Scivit humiliari sanctus Ioseph, qui cum esset a fratribus in servitutem venditus vel a negotiatoribus coemptus, humiliatus *in compedibus*, ut scriptura dicit, virtutem humilitatis didicit, infirmitatem repudiavit. Itaque emptus in Aegypti partibus a servo regio, cocorum praeposito, non prosapiae nobilis conscientia quasi germen Abramidarum dedignatus obsequia vernacula fastidivit degenerem condicionem, sed magis navum se et fidelem erili imperio praebuit, alto intendens consilio nihil interesse, in quo statu quis probabilem se praestaret, sed illum esse finem bonorum, ut in quocumque statu probarentur, illudque praecipuum, si magis mores commendarent statum quam status mores. Etenim quo status inferior, eo virtus eminentior. Talem itaque se exhibebat, tam sedulum, ut ei dominus suus totam domum suam crederet, ipsi omnia committeret.

20. Unde et uxor eius *oculos iniecit* in eum, capta formae venustate. Nihil enim ad nos, si petulantibus oculis aut aetas expetitur aut pulchritudo: ars desit, nullum est crimen decoris, illecebra facessat, inoffensa est species et formae gratia. Itaque percita atque animi furens interpellat

---

209–211 *cf.* Gen. 37,28 **211** Ps. 104,18 **213** *cf.* Gen. 39,1 **213sq.** cocorum praeposito] *cf.* Philon. Ioseph. (10) 53 τὴν δίαιταν ἐν μαγειρείῳ ποιούμενος **222–231** *cf.* Gen. 39,4.6-9 **225** Gen. 39,7 **229** animi furens] Verg. Aen. 5,202

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

211 caeptus *L* **213** cocorum] coquorum *O* **aem**, *add.* regio *Fac.* **214** conscientiae *Bar.* Abrahamidarum **r**, Abrahamitarum **m**, abraamitarum *Apc.*, habra- *M* **215sq.** degenerem] *add.* in *Aac.Mmp.* **216** gnauum *Bpc.Fpc.HOP edd.* herili *ABar.HKLOSpc. edd.* **217** acto *Eac.* **219** ut *om.Bac.EM* **d** probaretur *Fpr.* **222** exhibuit *ex* exhibeat *Fmp.* **223** suam *om.HMac.S* **d** **225** et *om.O* **227** ars desit] ardescit *Apc.MO*, ars descit *Aac.War.* est] et *Bac.* **228** facescat *KPWac.*, facesscat *LM* **229** gratia *om.O* percitat *Bac.* animis *F*

iuvenem et cogente libidine victa passionum stimulis crimen fatetur. Verum ille abiurat flagitium dicens nec moribus Hebraeorum convenire nec legibus, ut alienum violent torum quibus cura est tuendi pudoris, ut integri nuptiarum integris socientur virginibus nec ulli conveniant feminae quae legitimi usus tori nesciat; religionemque sibi esse, ne ebrius turpis intemperantiae, ingratus erilis indulgentiae, cui obsequium deberet, ei gravem inferret contumeliam. **21.** Numquid erubescebat vilem illum dominum tamen dicere et se servum fateri? Quin etiam cum ambiret mulier, obsecraret etiam metu proditionis vel amoris sui lacrimas funderet ad extorquendi necessitatem, nec misericordia flexus ad flagitii consensum nec coactus metu et precibus restitit nec minis cessit praeponens praemiis periculosam honestatem quam turpem remunerationem casto pudori. Iterum quoque mulier maioribus adorsa temptamentis cum inflexibilem adverteret, etiam secunda vice immobilem passione effera et impudentia vires ministrante iuvenem aggreditur, *veste apprehensa* ad cubile trahens, complexum offerens. Et paene ceperat, nisi exuisset Ioseph vestem qua tenebatur, ne exueret amictum humilitatis, indumentum pudoris. **22.** Scivit igitur humiliari qui humiliatus est usque

231–235 *cf.* Philon. Ioseph. (9) 42sq. **235–239** *cf.* Gen. 39,8 **235–237** *cf.* Philon. Ioseph. 45 **245–248** *cf.* Philon. Ioseph. 41 **248** Gen. 39,12 **249** *cf.* Gen. 39,12

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

230 cogent te *Bac.* **231** ille *om.***d** **232** alieni *Aac.KO* **232sq.** violent torum] uiolentorum *Aac.EFac.LOWac.*, uiolem thorum *Wpc.* **233** thorum *HPS* **adm** est] et *Bac.* **235** thori *HLOPWpc.* **adm** religionemque] religioneque *Aac.Bac.FHKL*, religio neque *EMOW*, religionique *Bpc.* esset *AK* **236** hebreus *FLP* herilis *FHOSpc. edd.*, herili *P* **238** illum vilem *tr.***erm** diceret *F* **239** cum] eum *Aac.*, eum cum *Apc.* abiret *AKO* **240** metum *AK* pro conditionis *L* sui] ui *B* **242** inflexus *W* metu et] metuit *AK, add.* it *Msl.* **245** mulier *om.Eac.* **246** secunda vice] secundo **aer** **247** et *om.***aer** **249** poene *BFac.K* coeperat *BEFKPW* **a**

ad carcerem, et cum sustineret calumniam, maluit crimen falsum subire quam verum referre. Scivit, inquam, humiliari, quia humiliabatur pro virtute, humiliabatur in typo eius qui se erat humiliaturus *usque ad mortem, mortem autem crucis*, qui venturus erat, ut vitam hanc *de somno* resuscitaret et somnium esse hunc vivendi usum doceret, in quo diversae commutationum vices tamquam ebriae et nihil solidum, nihil firmum, tamquam dormientis somnium videntes non videmus et audientes non audimus et manducantes non satiamur, gratulantes non gratulamur, currentes non pervenimus. Vanae spes hominum in hoc saeculo, qui ea quae non sunt, tamquam quae sint, sequenda arbitrentur. Itaque inanes et vacuae rerum species, tamquam in somnio venerunt abierunt, adstiterunt evanuerunt, circumfusae et dispersae sunt, teneri videntur et non tenentur. Denique ubi quis audivit dicentem *surge qui dormis* et de saeculi istius somno exsurrexit, falsa haec intellexit omnia; evigilavit et fugit somnium, fugit potestas, abiit cura patrimonii, formae venustas, honorum studium. Haec enim somnia sunt, quibus non moventur qui vigilant corde, sed dormientes exagitantur.

23. Vadatur hunc sermonem meum sanctus Ioseph non esse perpetua nec diuturna quae sunt huius saeculi, qui ab

---

252sq. *cf.* Gen. 39,19sq. **255** Phil. 2,8 **256** Rom. 13,11 **256–266** *cf.* Philon. Ioseph. (22) 126 **267** Eph. 5,14 **268–274** *cf.* Philon. Ioseph. (23) 130sq.

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

254 quia] qui *AKMac.* **aer** **256** suscitaret **r** **257** somnum *AK* **258** uires *F* **259** infirmum *War.* dormientis] -tes *MP*, uel tes *Smp.* uidentis *Bac.* **260** audiamus *Aac.K* **262** uana *F* quia *AK* **263** arbitrantur *P* **264** species] spaes *B*, spes *O* somno **aer** **266** et *om.Aac.K* **267** de] det *Fac.* **273** vadatur] addatur ad *Amp.* Hunc *EM* sanctus] sancti uiri *AKOSW* **d**, *add.* uiri *Msl., add.* uir **aer** **274** diuturna] diurna *EMac.OSac.W* **a** qui ab] quia *O*

initio nobilis genere, censu dives, subito ignobilis servulus et, quod ipsam servitii vilitatem acerbat, degeneris domini aere emptum mancipium. Minus enim vile putatur servire libero, geminatur autem servitus ubi servitur vernaculis. Servus igitur ex genere praeclaro, pauper ex patre divite, de amore ad odium, de gratia ad supplicium, rursus de carcere ad aulam, de reatu ad iudicium traductus neque adversis fractus est neque elevatus secundis.

24. Adstipulatur etiam momentarias esse vices rerum etiam sancti David frequenter variatus status. Qui despectus patri, pretiosus deo, triumpho nobilis, invidia vilis, adscitus ad ministerium regium, electus ad affinitatem, postremo faciem et ora mutatus, exsul regni, fugitans parricidii, nunc sua offendicula deplorabat et rursus aliena removebat, conciliato herede nobilior quam decolorato. Expertus igitur omnia pulchre dixit: *Bonum mihi quod humiliatus sum.* **25.** Quamquam hoc et ad eum possit referri, qui *cum esset in dei forma* facilis *inclina*re *caelos*, *descend*it tamen et *formam servi accipiens nostras portavit infirmitates.* Qui praevidens sanctos suos *non* quasi *rapinam* sibi proprium *honorem* assu-

---

276 degeneris domini] *sc. Potipharis, eunuchi Pharaonis, cf.* Gen.39,1 **279–282** *cf.* Philon. Ioseph. (21) 123 **280sq.** *cf.* Gen. 41,39sqq. **284 - 286** *cf.* 1Reg. 16,11sq.; 1Reg. 18,5.6sq.27; 2Reg. 15,13sqq. **287** faciem – mutatus] Verg. Aen. 1,658 **287sq.** *cf.* 2Reg.12,13 **288sq.** *cf.* 2Reg.14,33 **290** Ps. 118,71 **291** *Phil. 2,6 **292** inclinare caelos] *cf.* Ps. 143,5 **292sq.** Phil. 2,7; Mt. 8,17 (Is. 53,4) **294** Phil. 2,6 **294sq.** honorem assumere] *cf.* Hebr. 5,4

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

275 genere nobilis *tr.EMSW* **d** subito] *add.* factus sit *Amp.* seruus *HS*, servulus est **m** **276** utilitatem *O* aceruat *Bpc.* **282** fractum *EM* eleuandus *EMW*, -antus *Sac.* **284** status *om.Bac.* **285** triumphis *O* accitus **rm** **286** adfinitatem (*om.*ad) *Aac.EKM*, affinitate *OW* **287** facie et ore *Wpc.* fugitans] *add.* iram *Wsl.* parricide *Wpc.*, -ium *A* **291** hoc et *om.K*, et *om.A* **a** ad deum *Aar.Mpc.m1* **293** quae *Fac.L*

mere, sed subicere se aequalibus et alios sibi anteferre dixit: *Bonum mihi est quod humiliatus sum*, bonum mihi est quod me subieci, ut *subiecta* mihi sint *omnia et sit deus omnia in omnibus*. Hanc infunde humilitatem singulorum animis et *te ipsum formam praebe* omnibus dicens: *Imitatores mei estote sicut et ego Christi*.

26. Discant bonorum operum divitias quaerere et morum esse locupletes. Pulchritudo divitiarum non in sacculis divitum, sed in alimentis pauperum est. In illis infirmibus et egenis melius opes lucent. Discant itaque pecuniosi non sua, sed *ea quae sunt Christi quae*rere, ut illos et Christus requirat, ut illis sua largiatur. Impendit pro illis sanguinem suum, effudit illis spiritum suum, offert illis regnum suum. Quid amplius dabit qui se ipsum obtulit? Aut quid est quod non sit daturus pater, *qui pro nobis* unicum filium *tradidit* morti?

Admone igitur illos servire domino in sobrietate et gratia, et tota mentis sedulitate erigere oculos ad caelestia, nihil ponere in lucro nisi quod vitae aeternae sit. Nam iste omnis huius quaestus saeculi animarum dispendium est: denique omnium detrimentum passus est qui volebat Chri-

---

296 Ps. 118,71 **297** 1Cor. 15,27sq. **298** *Tit. 2,7 **299sq.** 1Cor. 11,1 (4,16) **302sq.** *cf.* Philon. Ioseph. (24) 144 **305** Phil. 2,21 **309sq.** Rom. 8,32 **315sq.** omnium – lucrari] *cf.* Phil. 3,8

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

296 est *alt. om.Eac.* **297** subieci me *tr.O* scit *Wac.* omnia *alt.*] *add.* et *Aac.BEFHLPW* **m**, *cf.* Fid. 5,148.161 *al.* **303** infirmibus *Aac.Bac.EFac.m1KLMWac.*, -mis *cett. edd., cf. Proleg. 5.2* **304** lucent] *add.* ut *B* **305** ut] *add.* et *P* **306** ut] et *HS* **d** illi *B* largiantur *Bpc.* **307** effundit **m**, et fudit *K* **308** dedit *FLP* **309** datur *K* **309sq.** tradidit morti *AK* **aerm**, morti tradidit *cett.* **d** tradit *Bac.* **312** et *om.B* **m** sed utilitate *B* **313** uita aeterna est *EMOW*, uita aeterna sit *HS* **d** **314** huius quaestus *FLP* **erm**, huiusque status *ABEHKMOSWac.* **d**, huiusce status **a** amarum *O*

stum lucrari. Quod etsi mirabiliter dixerit, minus tamen expressit quam acceperat. Hic enim de alienis locutus est, Christus autem dixit: *Qui vult post me venire abneget se ipsum sibi*, ut ipse suum detrimentum sit, quo fiat lucrum Christi. Caduca haec omnia sine damno, sine lucro. Illud solum est lucrum, ubi fructus perpetuus, ubi aeternae merces quietis.

27. Commendo tibi, fili, ecclesiam quae est ad Forum Corneli, quo eam de proximo intervisas frequentius, donec ei ordinetur episcopus. Occupatus diebus ingruentibus quadragesimae tam longe non possum excurrere.

28. Habes illic Illyrios de mala doctrina Arrianorum. Cave eorum zizania! Non appropinquent fidelibus, non serpant adulterina semina. Advertunt quid propter suam perfidiam acciderit sibi; quiescant aut veram fidem sequantur. Difficile quidem imbuti animi infidelitatis venenis abolere possunt impietatis suae glutinum, si tamen in his virus infaustum inoleverit. Nec facile his credendum putes; nervi enim sunt et quidam artus sapientiae non temere credere, maxime in causa fidei, quae raro perfecta est in hominibus.

---

318 *Luc. 9,23 **323** Forum Corneli] *i.q. hodie Imola* **327** habes – doctrina] *cf.* Apoc. 2,14 **329sq.** quid ... acciderit sibi] *sc. post funestam cladem Hadrianopolitanam mense Augusto a.378 factam* (*cf.* Spir. prol. 1,17; Fid. 2,16,139-143) **333sq.** nervi – credere] *cf.* Q.Cic. De pet. cons. 10,39; Otto, Sprichwörter 97

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

316 dixerat *Bac.* **317** acciperat *Bac.*, acceperit *Bpc.* **318** me post *tr.L* se] semet *EHLMOPSW* **d**, si *Bac.* **319** quod *ABac.FKOW* **320** sine *pr.*] cum **aerm** lucro sine damno *tr.O* **321** solum *om.Bac.* aeterna *MOW* **324** Corneli *Fac.L*, cornelii *cett. edd.* ea *EFM* **325** ingruentibus *om.Bac.* **328** serant *P* **329** aduertant *Bpc.FHLPS* **drm** quid] quod *KO*, ne *Wpc.* perfidiam suam *tr.P* **330** aut] ut **m** **332** posse *O* impietates *Bac.* iis **arm** uiros *Fac.* **333** iis **arm** **335** maxima *Eac.MWac.* omnibus *Bac.K*

29. Tamen si quis est, qui licet susceptae sit infirmitatis et nutantis affectus expurgare habitam de se opinionem velit, permitte ut satisfecisse se putet. Indulge aliquantulum; cuius enim excluditur satisfactio, avertitur animus. Nam etiam medendi periti cum vident notas aegritudinis, ut ipsi appellant, medicinam quidem non adhibent, sed tamen medicinae tempus exspectant nec deserunt invalidum, sed lenioribus verbis aut quibus possunt palpant delenimentis, ne aut intermissa aegritudo desperatione animi gravescat aut crudior medicinam respuat, eo quod ad maturitatem pervenire nequeat, si indigestae insolens rerum huiusmodi medicus adhibeat manus; siquidem et pomum cum immaturum exagitatur, cito deperit.

30. Et quia de agro exemplum sumpsimus, praecipe illis inviolata confinii servare iura, paternos custodire terminos, quos lex tuetur. Supra fraternam caritatem frequenter est vicini gratia; ille enim saepe longe, hic in proximo est vitae omnis testis, conversationis arbiter. Delectet eum per finitima spatia laxare liberum pecus et in herba viridi proiectum securа captare otia.

---

340 notas aegritudinis] *cf. Proleg. 5.3* **346** indigestae (*sc. aegritudini*)] *i.q. immaturae, cf.* ThlL VII 1,1179 *et* Hippocr. prog. 12; Alex. Trall. 1,60 **350** inviolata – terminos] *cf.* Deut. 19,14

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

336 suspectae *Asr.Bpc.* **aerm** **337** nutantis *Bpc.* **rm**, nuntiantis *ABac.EFKLMOPW*, annuntiantis *S* **ade**, *om.H* affectu *Apr.* expurgare *A*, et purgare *cett.* **ad**, purgare **erm** **338** uelut *Eac.Far.KLM* putent *Pac.* **339** aduertitur *HS* **340** aegritudinis *correxi*, -es *codd. edd.*, *cf. Proleg. 5.3* **342** ne *Aac.K* deserit *M* **343** lenioribus *K* **rm**, leuioribus *ABEFHLMOPSW* **ade**, *add.* n *Ssl.* delinimentis *Bpc.HOP edd.* **345** crudior] crudelior *EHMOac.SW* **ade**, erudior *Bac.* **347** manum *Apc.* **352** ille] ipse *K* **354** laxari **m**

31. Servos quoque dominus iure servitii subditos habeat pro moderamine coercitionis quasi animae consortes. Pater familias enim dicitur, ut quasi filios regat, quoniam et ipse dei servus est et patrem appellat dominum caeli, moderatorem potestatum omnium.

Vale et nos dilige, ut facis, quia nos te diligimus.

XXXVII (*Maur.47*)

Ambrosius Sabino

1. Transmisi petitum codicem scriptum apertius atque enodatius quam ea scriptura est, quam dudum direxi, ut legendi facilitate nullum iudicio tuo afferatur impedimentum. Nam exemplaris liber non ad speciem, sed ad necessitatem scriptus est; non enim dictamus omnia et maxime noctibus, quibus nolumus aliis graves esse ac molesti, tum quia ea quae dictantur impetu quodam proruunt et profluo cursu feruntur. **2.** Nobis autem quibus curae est senilem sermonem familiari usu ad unguem distinguere et lento

---

358sq. et ipse – caeli] *cf.* Eph. 6,9

2 Sabino] *sc. episcopo Placentino, qui concilio Aquileiensi a.381 habito interfuit; ad eundem epp. 27, 32–34, 39 datae sunt.* **7** *cf.* Paulin. Vit. 38

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

357 co(h)ertionis *AHKSW* **ade** **360** potestatem *W* **361** diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 XXXVII *Apr.Wpc.*, XXXVIII *Aar.BEFKLM* **d**, XLII *O*, XLIIII *P*, XLV **a**, LXV **r**, *om.HS* **2** Sabino] *add.* episcopo *P*, *add.* salutem **d** **3** apertius *om.O* **4** nodatius *Apc.KL* quam ea] quae mea *AK*, quia mea *L* scripta *B* **8** tunc *A* **10** cura *ABK* **aer** **11** familiari usu] familiarius *B*

quodam figere gradu, aptius videtur propriam manum nostro affigere stilo, ut non tam deflare aliquid videamur quam abscondere neque alterum scribentem erubescamus, sed ipsi nobis conscii sine ullo arbitro non solum auribus, sed etiam oculis ea ponderemus quae scribimus. Velocior est enim lingua quam manus dicente scriptura: *Lingua mea calamus scribae velociter scribentis.*

3. Sed forte dicas quia velocitatem ad scribentem rettulit. Non te fallit tamen id significari quod *scribae velociter scribentis* celeritas sola possit linguae propheticae excipere sermones. Apostolus quoque Paulus sua scribebat manu, sicut ipse ait: *Mea manu scripsi vobis*, ille propter honorificentiam, nos propter verecundiam.

4. Tamen dum adhuc habes de libris iudicium, interludamus epistulis, quarum eiusmodi usus est, ut disiuncti locorum intervallis affectu adhaereamus, in quibus inter absentes imago refulget praesentiae et collocutio scripta separatos copulat, in quibus etiam cum amico miscemus animum et mentem ei nostram infundimus. **5.** Iam si, ut hortaris, aliquid et de veteribus scriptis redoleat in epistulis, non solum animi conglutinari videntur per verae doctrinae profectum, sed etiam plenioris colloquii species et forma exprimi, ut inter quaerendi et respondendi mutuas vices

---

17. 20 Ps. 44,2 **23** *Gal. 6,11

ABEF[H]KLMOPSW: edd. (= **ad[e]rm**)

---

12 nostro] -a *Eac.M*, -am *Epc.HSac.* **d** **15** arbitrio *ABKLW* auribus] a uiribus **a** **16** scribimus – **17** dicente *om.Mac.* **19** ab *F* retulit *Bpc.HLOPS*, rect- *Bac.* **20** significare *FLP* scribae] scribit *L* **22** quoque *om.Pac.* scribat *EM* manus *L* **23** manu mea *tr.ALP* manus *Bar.* **26** usus] lusus *O* diiuncti *Aac.Bac.EKWac.*, disiunctis *Mpc.* **30** ei *om.L* ut *om.K* **31** scriptis] scripturis **m** *(codd. Paris. 1756 et 17363)*, *om.FLP* **32** animi] autem *Spc.* **a** conglutinare *FLP* **33** perfectum *AEac.LM* specie *K* forme *B* **34** interquirendi *W* respondendi *om.Bac.*

assumpta concertatio in unum conducere et coram videatur amicos locare, qui tali se lacessunt et complectuntur munere.

6. Quid autem maiorum nostrorum exempla proferam, qui epistulis suis fidem infuderunt populorum mentibus atque integros et confertos scripserunt codiculos et praesentes se esse, cum absentes scriberent, significarunt, dicente sancto apostolo quia *absens* erat *corpore, sed praesens spiritu*, non solum cum scriberet, sed etiam cum iudicaret? Denique absens per epistulam condemnabat et idem absolvebat per epistulam. Epistula enim Pauli quaedam effigies erat eius praesentiae et forma operis. **7.** Non enim ut aliorum *epistulae graves*, inquit, *et fortes, praesentia autem corporis infirma et sermo contemptibilis*, talis et apostoli, sed talis huius epistula, ut talis esset forma praecepti qualis esset operationis substantia, *quia quales sumus*, inquit, *verbo per epistulas absentes tales et praesentes* sumus *in opere*. Imaginem praesentiae suae in epistulis expressit, fructum et testimonium in opere significavit.

Vale et nos dilige, ut facis.

---

42 *1Cor. 5,3 **44** *cf.* 2Cor. 2,7-10 **47sq.** 2Cor. 10,10 **50sq.** *2Cor. 10,11

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

35 coram] quodam (quo tam *W*) *EHMSac.W* **d** **36** talis *L* **39** qui] *add.* ex *L* infunderunt *Aar.K* **40** atque] *add.* ad *Bpc.S edd.* consertos *P* codiculos *correxi*, populos (-is *Ppc.*) *cett. edd., om.O* et – **41** significarunt *om.O* **41** significaverunt *P* **42** sancto *om.M* **48** talis *om.EHMac.S* **d** apostolus *AKMpc.OW* **49** talis *pr.*] qualis *Bac.* **51** epistulam *P* **m** praesentes] absentes *H* sumus *om.O* opere] *add.* et *B* **53** et testimonium] testimonii **er** **54** facis] *add.* quia nos te diligimus *B* **m**, *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

XXXVIII (*Maur.55*)

Ambrosius Eusebio

1. Faustinus uterque tibi redditus est, nobis utrumque Ambrosium pignus resedit. Ipse habes quod primum in patre et quod iucundissimum est in filio minore, quia et virtutis apicem tenes et humilitatis exhibes gratiam, nos quod medium inter patrem et iuniorem filium. Tecum summa totius domus et perpetuati vocabuli iugis successio, apud nos parca mediocritas, quae et de summo pendeat et in posteriore subsistat. Tecum igitur requies utriusque nostrum, quae cum invicem nobis refunditur, omnem animi abstergit sollicitudinem. Tecum is qui et moribus et operibus suis et subole tali invenit gratiam apud dominum nostrum. Tecum is qui inter mundi huius procellas spiritalem nutrivit columbam, quae ei fructus afferat pacis uncta olivo

---

1 *Scripta post mensem Martium a.392, cf. l.3sq.* **2** Eusebio] *sc. amico Bononiensi, ad quem et ep. 26 et opus de inst.virg. data sunt, cf.* inst.virg. 1,1 **3** Faustinus uterque] *sc. filius Eusebi nomine Faustinus et huius filius eiusdem nominis, cf.* ep. 26,12: Faustinus parvulus tussi laborat **3sq.** utrumque Ambrosium pignus] *sc. Ambrosius, alter Faustini filius, et Ambrosia, eiusdem Faustini filia ab Ambrosio mense Martio a.392 virgo consecrata, cf.* instit.virg. 1,1 *et infra ll. 14-16; quam cum Ambrosius* spiritalem columbam *appellaret, post eius consecrationem hanc epistulam composuit* **14–16** *cf.* Gen. 8,10sq.

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

1 XXXVIII *Apr.Wpc.*, XXXVIIII *Aar.BEFKLM* **d**, XXXVII *O*, XLVII *P*, XLVI **a**, LXVI **r**, *om.HS* **2** Eusebio] *add.* salutem **d** **4** ambrosius *OW* ipsum *EHMOSW* **d** **5** iocundissimum *Apc.Bpc. EFHLMOPSW* **ad** est iocundissimum *O* **7** medium] *add.* est *W* **8** perpetuitati **r** **9** parta *O* pendeant *Aac.K* **10** posteriores *B* **11** quae] qui *BEFHLMOPS* **12** abstergat *F* his *Ear.M* **13** subole *ABac.KMW*, sobole *cett. edd. (sim. semper)* dominum] deum *ABFKLP* **14** his *Aar.EM* **15** olivo] oliua *O* **r**, oleo *FLP*, oliue *Bac.*

integritatis. Tecum is qui *aedificavit aram deo*, quem *benedixit deus et filios eius dicens: Crescite et multiplicamini*, cum quo testamentum pacis statuit suae, ut sit ei et filiis eius in progeniem aeternam.

2. Habes igitur heredem divinae benedictionis, consortem gratiae, participem iustitiae. Sed vide, quaeso, ne iste *Noe* noster *agricola*, bonus plantator feracis vineae, cum fuerit amoris et gratiae tuae inebriatus poculo, *tamquam crapulatus a vino* diutius quieti indulgeat, ac si forte indormierit, excitet eum Sem nostri desiderium.

3. Est et ibi *Iafeth*, iunior ex fratribus, qui pietatis reverentia patrem induat, quem pater et dormiens videat nec umquam de pectore dimittat suo, quin semper oculis et complexu teneat atque evigilans intellegat *quae* ei fecerit *filius suus iunior*. Qui latitudo latine dicitur, eo quod *in labiis* eius *diffusa gratia* sit et in moribus. *Propter quod*

---

16 *Gen. 8,20; *cf.* Noe 22,78 **16sq.** *Gen. 9,1; *cf.* Noe 24,86 **18sq.** testamentum – aeternam] *cf.* Gen. 9,9.12 **20sq.** consortem – iustitiae] *cf.* Gen. 6,8sq. **22** Gen. 9,20 (Noe noster *i.e. Faustinus pater*) **23** inebriatus poculo] *cf.* Ps. 22,5 **23sq.** Ps. 77,65 **24sq.** *cf.* Gen. 9,21.24 **25** Sem] *id est Ambrosi, filii maioris, cf. ll. 4 et 40sqq.* **26** Iafeth] *id est Faustinus parvulus* **26sq.** *cf.* Gen. 9,23 **29sq.** *Gen. 9,24 **30** latitudo] *cf.* Hieron. Hebr.nom., de Genesi (*p. 7,11 Lag.*) **30–32** Ps.44,3

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

16 his *M* qui] quam *AK*, qua *Bac.*, quae *Bpc.* domino *K* quem] qua *Bac.* **17** eius *om.B* **18** statuet *BEHMac.OSac.Wac.* et *om.Bac.* filius *Bar.* eius] *add.* et *A* **d** **19** aeternam] maternam *K* **21** gratiae] *add.* tuae *AKOW* participem] principem **r** **22** Noe] nomine **a** noster Noe *tr.***erm** ueracis *L* **23** gratiae tuae *om.K* tuae *om.F* **25** semen *M* **26** iaphet *LMW* **aerm**, iafet *O* (*semper*) pietatis] -ti *Wac.*,-te *O* **27** reverentia] reuentia *BEac.*, uerenda *AHOSW* **d** **28** quin] quam *OW*, qui in *B*, qu.m (quin *pc.*) *E*, qum *M*, quem *Apc.* **29** fecerat *Bac.M* **30** suus filius *tr.F* latine latitudo *Opc.P*, latine *om.Oac.* **31** diffusa *om.L* sit gratia *tr.F* et sit *tr.***ae**

benedixit eum *dominus*, quia ipse tamquam Bononiam *retrorsum* rediens patrem texit pio caritatis velamine et detulit pietati honorem, de quo et pater ait: *Latificet deus Iafeth in domibus Sem.* Unde et in enumeratione generationum praefertur seniori fratri, in benedictione substituitur; praefertur propter honorem nominis, substituitur propter praerogativam senioris aetatis et honorificentiam naturae debitam.

4. Sem autem dicitur latine nomen. Et bene hic noster Ambrosius bonum nomen, in cuius domibus dilatetur Iafeth, quia *potius est nomen bonum super multas divitiarum copias.* Sit ergo et iste benedictus, et *gratia* eius *super aurum et argentum*, sit in portione eius *semen Abrahae*, sit benedictio omnis in posteritate et omni familia iusti viri. Sed maledictus nemo, benedicti omnes; benedictus enim Sarrae fructus.

32sq. retrorsum rediens] Gen. 9,23 **34** *Gen. 9,27 **35sq.** *cf.* Gen. 10,2sqq. **36sq.** *cf.* Gen. 9,26sq. **40** nomen] *cf.* Hieron. Hebr.nom. Gen. (*p. 10,13 Lag.*), De Luca (*p. 65,28)* **41sq.** domibus dilatetur Iafeth] *cf.* Gen. 9,27 **42sq.***Prov. 22,1; *paulo aliter* ep. 36,122–124 **43** sit – benedictus] *cf.* Gen. 9,26 **43sq.** *Prov. 22,1b **44** Gal. 3,29 *al.* **45** iusti viri] *cf.* Gen. 6,9 (Noe = *Faustinus pater*)

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

32 Bononiam] bonus iam *AKMpc.SWpc.* **d**, bono iam *OWac.*, bonus **ae**, bonus nepa **r** **33** et *om.A* **34** pietati] patri *P* honor *K* latificet *Wac.* **r**, l(a)etificet *cett.* **adem** (*cf.* Gen.9,27 πλατύναι; Noe 32,122: dilatet dominus Iapheth et habitet in domibus Sem, *cf. et l. 41*) **35** numeratione *FLP* **36** praefertur – substituitur *om.F* **41** dilatetur] dilatatur **r**, l(a)etetur *AEHMOSW* **ade** **43** et *pr. om.HS* **44** sint benedictiones *AKOW* **ae**, sit benedictus **r** **45** omnis] -es *AOWpc., om.K* **ae** uiri iusti *tr.EHMOSW* **d** sed] sit *O* **46** sar(a)e *HOP* **ar**

5. Salutant te Ambrosii, salutat Parthenius dulcissimus, salutat Valentinianus paratus ad humilitatem, quod hebraice Chanaan dicitur, quasi puer fratris sui, cui et nomine suo cessit. Et ideo *tamquam Nebroth* gemini *gigans* nominis, *venator* egregius super terram, de quo dictum est: *Tamquam Nebroth gigans venator ante dominum.* Namque ingenio subrusticus, viribus validus, quos ingenio aequare non potest viribus superat, ut Comacinas rupes gestare secum et faciem tauro propior vultu videatur exprimere, posthabitum se indignatus et paterno exutum vocabulo metropolitanum virum Bononiensi subditum, quia infantiae nescit blanditias et de nutricis gremio se inuleus excussit.

Vale et nos dilige, quia nos te diligimus.

---

48 Ambrosii] *cf. l.3sq.* **48sq.** Parthenius ... Valentinianus] *fortasse familiae Mediolanensis Eusebio propinquae filii* (*cf. l. 58* metropolitanum) **49sq.** humilitatem – sui] *cf.* Gen. 9,26 **50** Chanaan = *humilis, cf.* Hieron. Hebr.nom. Gen. (*p. 4,14 Lag.*); *cf. aliam interpretationem* Noe 28,106; 32,121 **51** *Gen. 10,9 Nebroth] *cf.* Hieron. Hebr.nom. Gen. (*p. 9,4 Lag.*): Nemroth tyrannus uel profugus aut transgressor **53** *Gen. 10,9 **53sqq.** *cf. aliam interpretationem* Noe 34,127sq. **55** Comacinas rupes] *sc. duritiem Alpium prope Comum surgentium* **56** et – propior] Verg. Georg. 3,58 **59** inuleus] *cf.* Horat. carm. 1,23,1

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[e]**rm**)

---

48 te] eam *K* salutat Parthenius dulcissimus *om.B* part(h)emius *MWac.* **d** **49** ualentianus *F* **50** Chanaan] thanaan *AK*, chanam *B*, canaan *F* **51** suo cessit] succ- *Apc.FP* nembroth *KP* **dm**, nemroth *H* **aer** (Νεβρωδ LXX) gigas *OP edd. (item l.53)* **52** quo] duo **a** **53** nembroth *P* **dm**, nemroth *H* **aer** deum *L* **54** ingenio *pr.*] -um *Aac.* ualidis *EMOW* ualidus uiribus *tr.L* quos] *add.* et *O* **55** commacinas *EHMOS* **d**, cumma- *W* **56** tauro] auro *B* proprior *AFac.MO* **d**, proprio *K*, uel proprior *Ssl.* **57** paternum *EHMac.SW* **d** **59** blanditia sed *B* inuleus *BEM*, inultus *P Faller*, inulcus *FL*, ill(a)esus *AHKOSW edd., cf. Proleg. 5.2* **61** diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

XXXVIIII (*Maur.46*)

Ambrosius Sabino

1. Quem scripsisti maledici seminatorem sermonis, lerissimus est, qui iam veneni sui mercedem recepit. Siquidem responsum est ei publice, et quod privatim severat, palam messuit. Ego autem vanum ante et invisorem tantum habebam; at ubi iste sermo ad aures pervenit meas, statim respondi quod eum virus infecerit Apollinaris, qui non potest audire quod dominus noster Iesus pro nobis servitutem susceperit in istius corporis susceptione, cum apostolus clamet quod *formam servi* acceperit. Hoc munimentum, haec saepes est fidei nostrae. Qui hanc destruit, destruetur ipse, sicut scriptum est quia *destruentem saepem mordebit serpens.*

2. Equidem primo leniter mandavi ei: Qua ratione bonam rem malo animo facis? Ego enim beneficio adnumero, si quis mea legens scripta dicat mihi, quo videatur moveri; primum quia et in his quae scio falli possum – multa aurem praetereunt, multa quibusdam aliter sonant, pulchrum est, si fieri potest, cavere omnia –, deinde quia non debeo mole-

---

2 Sabino] *cf. ep. 37* **3** lerissimus] *superlativus substantivi* lerus *a graeco* λῆρος = *nugae, cf. Proleg. 5.2* **11** Phil. 2,7 **13** *Ecclc. 10,8

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

1 XXXVIIII *Apc.Wpc.*, XL *BEFKLM* **d**, XLIII *O*, XLV *P*, XLVII **a**, VIII **r**, *om.Aac.HS* **2** Sabino] Iraeneo **ae**, *add.*episcopo *P* **r**, *add.* salutem **d**, *add.* al. ireneo *Smp.sl.* **3** lirissimus *F*, uerissimus *AMpc.OW* **d**, levissimus **aerm** **4** qui iam] quia *L* recepit] recipit *Aac.FKL*, praecepit *Bac.*, accepit *O* **5** est *om.O* **6** inuasorem *O* **8** respondendi **a** Apollinare **aer** **9** Iesus] *add.* christus *MOPsl.m1* **13** sepe *Lac.* serpens] eum (*eras.*) coluber (*Vulg.*) *F* **14** mandaueram *O* rationem *Ear.* **16** scripta legens *tr.O* quo *Apr.Ppr.* **rm**, quod *cett.* **ade** **17** in his] is *Fac.*, in iis **arm** aurem] iure **a**, autem *H* **r** **19** caueri *K* denique **d**

ste ferre, si, cum de apostolicis et ipsis evangelicis dominicisque verbis plerique multas quaestiones serant, [si] etiam in meis scriptis repperiant de quo disputandum putent. Plerique enim studio indulgent suo, ut iste, qui propterea orbem circuivit, ut quaereret quem reprehenderet, non quem sibi imitandum arbitraretur.

3. Hic igitur, ut arroderet aliquid de meis scriptis, eam sibi amplam repperit, quoniam eo loci, ubi dixit dominus Iesus: *Confiteor tibi, pater, domine caeli et terrae,* diximus ideo dictum, ut nos intellegamus patrem filii esse et dominum creaturae, quamquam in psalmo evidenter dominum dixerit patrem filius: *Viderunt me et moverunt capita sua; adiuva me, domine deus meus.* Etenim secundum *formam servi* locutus dominum vocavit quem patrem noverat, aequalis *in dei forma*, servum secundum carnis substantiam se praedicans; servitus enim carnis, dominatus autem divinitatis est.

4. Advertis igitur primum pro tua admirabili prudentia ea quae in evangelio dicuntur ad evangelii tempus referri, quo dominus Iesus inter homines humana specie conversabatur; *nunc* enim *secundum hominem iam non novimus Chri-*

23sq. *cf.* 1Petr. 5,8 **26–30** *cf.* Fid. 5,8,100-102 **27** amplam] *i.q. ansam, cf. ThlL 1, 1989,1sqq. et ep. extra coll. 8,38* **28** Mt. 11,25 **31** Ps. 108,25b – 26a **32sq.** Phil. 2,6sq. **40** *2Cor. 5,16

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

20 ferrae *E* si] sed *H, eras.B, om.* **m** **21** si] *om.* **aerm**, sic *O*, si *cett.* **d** **26** igitur] ergo *HK* ut *Ksl.* adrodet *EHM* de meis scriptis aliquid *tr.O* eam] causam *Am3* **ade** **27** amplam] uiam *O, add.* viam **rm** in eo loco *FLP* **28** pater tibi *tr.A* domine pater *tr.***r** **29** patrem *om.Mac.* **33** dominus *EM* **34** carnem *F, add.* uel is *Fsl.* substantiae *Aac.K* **35** carnis] carni *EMpc.W, om.Kac.* divinitatis] -tas *Bac.FLP, add.* uel tis *P* **38** euangelium *Bac.* referre *Fac.* **39** quod *F* humanae *Bac.* humanam speciem *Aar.* conuersabat *Eac.* **40** enim] ergo **er**, in **a** Christum] *add.* quamuis *Wsl.mp.*

stum: sit ita visus et cognitus veteribus, iam *transierunt vetera* et *omnia nova facta sunt, omnia tamen ex deo, qui nos sibi per Christum reconciliavit. Eramus* enim *mortui* et ideo *unus pro omnibus mortuus* et unus pro omnibus servus *factus* est. Quid dicam servus? *Peccatum, opprobrium, maledictum factus* est. Dixit enim apostolus quia *pro nobis peccatum* factus est, quia *maledictum factus* est dominus Iesus, dixit quia *cum* sibi subiecerit *omnia, tunc et ipse subiectus erit.* Dixit et Petrus: *In nomine Iesu Nazareni surge et ambula* in Actibus apostolorum, dixit ibi quia *glorificavit puerum suum Iesum* et nemo calumniatur de tempore. In Apocalypsi autem et *agnus* dictus est a Iohanne, dictus est in psalmo *vermis et non homo.* Haec omnia factus est, ut nostrae obtunderet mortis aculeum, nostram servitutem tolleret, maledicta, peccata, opprobria deleret.

5. Haec et alia, quae consulenti cuidam et multo plura a te scripsisti relata, cum scriptura divina habeat, quemadmodum quisquam dubitabit dicere, quae pie scripta sunt, quoniam ad gloriam Christi spectant, non ad imminutio-

---

41–43 *2Cor. 5,17sq. **43sq.** 2Cor. 5,14 **44** servus] *cf.* Phil. 2,7 **45** peccatum] 2Cor. 5,21 opprobrium] Ps. 21,7; Ps. 30,12 maledictum] Gal. 3,13 **48** 1Cor. 15,28 **49** Act.3,6 **50** *Act.3,13 **52** Apoc. 5,12; 5,6.13; 6,1 *al.* **53** Ps. 21,7 **54** mortis aculeum] *cf.* 1Cor. 15,55sq.

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

41 iam *om.Bac.* **44** unus *om.B* mortuus – omnibus *alt. om.EMac.* **rm** et *om.BFLP* **45** quid – **46** est *om.O* servus] *add.* factus est *AHMpc.S* **ader** **46sq.** factus est peccatum *tr.Eac.HMOSW* **d** **49** et *pr.*] *om.O, add.* ei *AKMsl.W* nazarei *BE* ambula] *add.* in pace *O* **49sq.** in Actibus apostolorum *om.***aer** **50** dixi tibi *AEFKLMW*, ibi *om.***aer** **50sq.** iesum suum *tr.M* **52** a iohanne agnus dictus est *tr.Wpc.* est *pr. om.EHMac.O* a *om.EMWac.* a Iohanne dictus est *om.AK* dictus *alt.*] indictus *Ear.* **53** obtenderet *Fac.L* **55** deleret *om.***r** **56** et *pr. om.L* multa *EMOW* plura] placera *B* **57** a] ad *AK, om.B* a te *om.L* scripsi *K* cum *om.K* **58** quisque *K* dubitauit *OWac.* quia **r** **59** imminutionem] dimi- *O*, minu- *W*

nem? Nam cum de dono eius, hoc est manna, dictum sit quia *et qui minus* collegit *non deminuit* et qui plurimum *non ampliavit*, num potuit ipse vel minui vel augeri? Quid enim in eo imminutum est, quod nostram servitutem, *nostras infirmitates suscepit*? Erat humiliatus, erat in forma *servi*, sed idem *in gloria dei patris*. Erat *vermis* in cruce, sed idem dimittebat peccata etiam persecutorum suorum. Erat *opprobrium*, sed idem *maiestas domini*, sicut scriptum est: *Et videbitur maiestas domini, et videbit omnis caro salutare dei.* Quid amisit cui minus nihil est? *Non habebat* quidem *speciem neque decorem*, sed habebat plenitudinem *divinitatis*. Infirmus aestimabatur, sed non destiterat esse *dei* virtus. Videbatur *ut homo*, sed fulgebat in terris maiestas divina et patris gloria.

6. Unde pulchre apostolus eiusdem verbi repetitione usus est dicens de domino Iesu quia *cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Quid est *in dei*

---

61 *Ex. 16,18 **63sq.** *Mt. 8,17; Is. 53,4 **64** humiliatus – servi] *cf.* Phil.2,8 **65** Phil. 2,11; Ps. 21,7 **65sq.** *cf.* Luc. 23,34 **66sq.** Ps. 21,7 **67sq.** *Is. 40,5 **69sq.** *Is. 53,2 **70** Col. 2,9 **71** infirmus] *cf.* Is. 53,3 1Cor. 1,24 **72** Phil. 2,7 **74–101** *cf.* Conc. Chalc. (II 4, *p. 124, 1–22 Schwartz*) **75** Phil. 2,6sq.

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

60 dono] domo *A* **d**, *add.* uel dono *Asl.*, *add.* uel domo (dono *pc.*) *Mmp.* **61** collegit *OPWpc.* **aerm**, colligit *ABEFHKLMSWac.* **d** diminuit *Bpc.H* **rm** **62** num] non *AKLW*, unde **aer** **63** in eo *om.Mac.* quod] qui *O*, num quod **r** **64** susceperat *FLP* **m** forma servi *Fpc.HS* **ad**, servi forma **erm**, forma hominis *O*, forma *ABEFac.KLMPW* **65** in gloria dei *Emp.sr.* **66** persecutor *Aac.* **67sq.** sicut – domini *om.Wac.* **69** quid amisit] quidam sit *Eac.Mac.* cui] cum *AK* nihil minus est *tr.***aerm** nihil est] est **d**, deest *EHMOSW* speciem quidem *tr.O* **71** extimabatur *M* **d**, existi- **ae** **72** divina] domini *M* **74** unde] *add.* et *F* **75** est *om.Mac.* quia] qui *BFO* **m**, *om. Chalc.* **76** est *om.Mac.* **77sq.** forma dei *tr.O*

forma, nisi in plenitudine *divinitatis*, in illa perfectionis divinae expressione? Ergo cum esset in plenitudine *divinitatis*, *exinanivit se* et accepit plenitudinem naturae et perfectionis humanae. Sicut deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. Unde et David dicit: *Speciosus forma prae filiis hominum.*

7. Concluditur Apollinarista nec quo se vertat habet, suis clauditur retibus. Ipse enim dixerat: *Formam servi* accepit, non servus lectus est. Iterum ego interrogo: Quid est *in forma dei*? Respondit: In natura dei. *Sunt* enim, ait apostolus, *qui non sunt natura dii.* Quaero quid sit *formam servi accipiens.* Sine dubio perfectionem naturae et condicionis ut dixi humanae, ut esset *in hominum similitudine.* Et pulchre non carnis, sed *hominum* dixit similitudinem, quia in carne eadem; sed quia *sine peccato* erat solus, omnis autem homo in peccato, in *specie* hominis videbatur. Unde et propheta ait: *Et homo est et quis cognoscet eum?* Homo secundum carnem, sed ultra hominem secundum divinam operationem. Denique cum leprosum tangeret homo videbatur, sed ultra hominem cum emundaret; et cum Lazarum fleret mortuum quasi homo flebat, sed supra hominem erat

---

78sq. Col. 2,9 **80** Phil. 2,7 **83** Ps. 44,3 **85** Phil. 2,7 **87** Phil. 2,6 **87sq.** 1Cor. 8,5 + *Gal. 4,8 **88sq.** **90** Phil. 2,7 **92** *Hebr. 4,15 **92sq.** *cf.* Rom. 3,9sqq. *al.* **93** *Phil. 2,7 (σχήματι) **94** *Ier. 17,9 **96sq.** *cf.* Mt. 8,3 **97–99** *cf.* Ioh. 11,35.43sq.

ABEF[H]JKLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

78 in *pr.* – **79** divinitatis *om.Lac.* in *alt.*] an *K* **81** deo] de eo *W* **83** dicit] dicens *W* **84** quod *A* **86** accipit *K* lectus] locutus *Chalc.* ergo *BFLP Chalc. edd.* **87** respondit – dei *alt. om.Aac.* respondit] -et *P* **rm**, *add.* uel it *Psl., om.***ae** dei *alt. om.B* **88** dii] dei *ABac.EKMW* **90** hominum] horum *B* similitudinem *A* **91** dixisti *EM* similitudinem] multi- *EMac.Sac.* **92** eadem] *add.* est *Chal.* **94** cognoscet *FLPWac.* **rm** (γνώσεται), -it *ABEHKMOSWpc. Chalc.* **ade** **97** emundaret] eum mundaret *Wpc.*, mundaret *Chalc.* **97sq.** fleret lazarum *tr.OW* **98** mortuum fleret mortuum *Chalc.*

cum mortuum vinctis iuberet pedibus exire. Homo videbatur cum penderet in cruce, sed supra hominem cum reseratis tumulis mortuos resuscitaret.

8. Nec sibi blandiatur virus Apollinaris, quia ita legitur: *Et in specie inventus ut homo.* Non enim negatus est homo Iesus, cum alibi ipse Paulus de eo dicat: *Mediator dei et hominum homo Christus Iesus*, sed confirmatus est. Id enim est usus et moris scripturae sic significare, sicut et in evangelio legimus: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre.* Sicut ergo *quasi* unigenitus dicitur et non abnuitur *unigenitus dei filius*, ita *ut homo* dicitur et perfectio fuisse in eo hominis non negatur. **9.** Cum esset igitur in forma *servi, humiliatus usque ad mortem*, erat tamen *in* dei *gloria.* Quid ei igitur obfuit servitus? Servus autem *factus* legitur, quia legitur *factus ex virgine* et creatus in carne. Omnis enim creatura servit dicente propheta: *Quia universa serviunt tibi.* Unde et deus pater ait: *Inveni David, servum meum, in oleo sancto unxi eum. Ipse vocabit me: Pater meus es tu, deus salutis meae, et ego primogenitum ponam eum.* Et in alio psalmo: *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum; salvum fac servum tuum*, et infra in eodem psalmo: *Da potestatem puero tuo et salvum fac filium ancillae tuae* et alibi.

99–101 *cf.* Mt. 27,52sq. **102–110** *cf.* In ps. 118,18,32 **103** *Phil. 2,7 **104** 1Tim. 2,5 **107** Ioh. 1.14 **109** Ioh. 1.18 **110sq.** in – mortem] Phil. 2,7sq. **111** Phil. 2,11 **112** factus] Phil. 2,7 **113** Gal. 4,4 creatus] *cf.* Prov. 8,22 **114** *Ps. 118,91 **115** *Ps. 88,21.27sq. **118** Ps. 85,2 **119sq.** *Ps. 85,16

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

99 iuberet vinctis *tr.***erm** uinctum *Chalc.*, iunctis **d** **100** cum] eum *W* reseratus *K* **101** suscitaret *MChalc.* **102** uiris *EWac.* apollinare *O* **aer** **106** moris] mos *Bpc.O* sicut et] sic et **aer**, sicut ut *HS.* sicut *Fac.OW* **115** in *om.***ae** **116** sancto] *add.* meo *AMO* vocabit **aerm**, inuocauit *EHMOPS* **d**, inuocabit *W*, *add.* in *Fsl.mp.*, uocauit *cett.* (*cf. In Luc. 3,43*) **119** in *om.K* **120** et alibi *om.HSac.* **aerm**

Congessi enim patris et filii voces, ut ei non argumenta humana sed divina responderent oracula. **10.** Alibi inquit: *In manus tuas commendo spiritum meum, statuisti in loco spatioso pedes meos, super omnes inimicos meos factus sum opprobrium*, et in eodem psalmo: *Illustra faciem tuam super servum tuum.* Per Esaiam quoque dicit ipse filius dei: *Ex utero matris vocavit dominus nomen meum et posuit os meum ut gladium acutum et sub tegumento manus suae protexit me. Posuit me sicut sagittam electam et pharetra sua texit me et dixit mihi: Servus meus es, Israhel.* Dicitur enim dei filius et Israhel sicut alibi: *Iacob puer meus, Israhel dilectus meus.* Solus enim vere *deum* patrem non solum *vidit*, sed etiam *enarravit.* **11.** Et sequitur: *In te glorificabor et ego dixi: In vacuum laboravi et in nihilum dedi vires meas; ideo iudicium meum ante dominum et dolor meus ante deum meum. Et nunc sic dicit dominus, qui finxit me servum ex utero sibi ad congregandum Iacob et Israhel.* Quis congregavit dei populum nisi Christus? Quis glorificatus est ante dominum? Quis est *dei* virtus? Cui dixit pater: *Magnum tibi est vocari te puerum meum*? Et cui dicit: *Ecce posui te in testamentum generis mei, in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terrae*?

---

123 Ps. 30,6.9.12 **125** Ps. 30,17 **126** *Is. 49,1-3 **131** *Is. 42,1 **132** Ioh. 1,18 **133–137** *Is. 49,3-5 **137sq.** *cf.* Ioh. 11,52 **138** *cf.* Ioh. 8,54 *et passim* **138sq.** *cf.* 1Cor. 1,24 **139–141** *Is. 49,6

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

122 respondeant *HO* **123** meum] *add.* et **rm** **124** inimicos omnes *tr.F* meos *om.Eac.*, *add.* et **rm** **126** eseian *E*, isaiam (ys- *O*) *OP* **d** quocumque *F* **127** matris] *add.* meae **rm** **128** tegimento *BEFMSpc.W*, tegni- *Sac.*, tegmento **aer** me] *add.* et *F* **130** es] *add.*tu *L* **m**, *om.O* **132** solum] solo *Aac.K* etiam *om.K* **133** gloriabor *OP*, glorificabo *M* **135** deum] dominum *FS* **136** sic *om.Eac.* ex utero seruum *tr.P* **137** populus *M* **138** quis *pr.*] qui *FLP* quis *alt.*] qui *P* **140** dixit *W*

De quo etiam per os Ezechiel locutus est dicens: *Suscitabo super eos pastorem unum et reget eos servus meus David et erit eorum pastor, et ego dominus ero illis in deum et David in medio eorum princeps*? David utique rex iam defunctus erat, et ideo verus David, verus humilis, verus mansuetus, verus manu fortis dei filius hoc adnuntiatur nomine. Qui etiam in Zachariae prophetae libro significatur dicente deo patre: *Ecce ego mittam servum meum; Oriens nomen est ei.* Numquid, quia habebat *vestimenta sordida*, ideo fulgorem divinitatis suae *sol iustitiae* non habebat?

12. Et quid plura? An infirmius putamus servitium esse quam *peccatum*, quam *maledictum*, quam *opprobrium*, quam *infirmitates*, quas pro nobis *suscepit* ut a nobis averterentur? Factus est enim haec omnia, ut universa vacuaret. Sed haec ideo non recipiunt quod *servus*, *opprobrium*, *peccatum*, *maledictum factus* sit, quia verbum et carnem unius asserunt esse substantiae et dicunt: Ergo qui nos redemit, *servus* dictus est et *peccatum* debuit dici. Nec advertunt quod haec Christi

---

142–145 *Ez. 34,23sq. **146sq.** *cf.* Hieron., Hebr.nom. 35,11: fortis manu vel desiderabilis (*cf.* 61,9; 68,13; 77,29; 79,5) humilis] *cf.* Mt. 11,29; *cf.* Ap. Dav. alt. 7,39 mansuetus] *cf.* Ps. 131,1 **149** *Zach. 3,8 Oriens – ei] *Zach. 6,12 **150** Zach. 3,3sq. **151** Mal. 4,2 **153** peccatum] 2Cor. 5,21 maledictum] Gal. 3,13 opprobrium] Ps. 21,7; 30,12 **154** *Mt. 8,17; Is. 53,4 **156** peccatum] 2 Cor. 5,21 **157sq.** *cf.* Incarn. 6,49sqq. **158** servus] *cf.* Phil. 2,7

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

145 principes **d** etiam *K* **146** verus *alt. om.K* **146sq.** manufortis uerus mansuetus *tr.OW* **147** adnuntietur *A* **d** in *om.AK* **d** **149** ego *om.Aac.K* mitto *H* nomen] non *Bac.* ei] eius *F* **150** quia] qui *BFLP* **150sq.** in diuinitatis (*add.* e *sl.*) sua *F* **152** esse seruitium *tr.O* **155** enim *om.O* haec *alt.*] nec *FL* **156** ideo *om.Bac.* **158** quia *FLP* **m** **159** debui *Bac.* aduerterunt *S* **ae** quod] quia *HOSW* **d**

gloria sit, quia servitutem suscepit in corpore suo ut libertatem omnibus redderet, peccata nostra portavit ut *mundi peccatum tolleret*. **13.** *Serv*us, *peccatum, maledictum factus* est, ut tu peccati servus esse desisteres, te divinae sententiae maledicto absolveret. Ille ergo maledictum suscepit tuum; *maledictus* enim *omnis qui pendet in ligno*. Ille *maledictum* in cruce *factus* est, ut tu benedictus esses in dei regno. Ille dehonestatus et depretiatus est nec aliquid aestimatus. Ille dicebat: *In vacuum laboravi*, per quem meruit Paulus dicere: *Non in vacuum laboravi*, ut boni operis fructum et evangelicae praedicationis gloriam suis conferret servulis, per quam universi sarcina laboris absolverentur.

14. His igitur auditis derelictus est *in dimidio dierum suorum perdix*, qui *clamavit*, ut *congrega*ret *quae non peperit*, et oppressus est voce domini Iesu; denique adornat fugam.

Vale et nos dilige, quia nos te diligimus.

---

161 Ioh. 1,29 **162** servus *al.*] Phil. 2,7; 2Cor. 5,21; Gal. 3,13a **165sq.** Gal. 3,13b **166** Gal. 3,13a **167sq.** dehonestatus – aestimatus] *cf.* Is. 53,3 **168** Is. 49,4 **169** Phil. 2,16 **172sq.** *Ier. 17,11

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

161 reddet *W* portaret *P* **163** desisteres] *add.* et *Wsl.* **m** **164** obsolueret *F* **165** lignum *A* **166** ut *om.L* tu ut *tr.F* esses] esset *Mac.*, animes *A*, *add.* sis *Amp.*, animae sis **d** **166sq.** regno dei *tr.OPW* **167** depreciatus *AEHOPSW* **ader**, deprecatus *K* aestimatus] exti- *M* **d**, existimatus **ae** **170** conferret] *add.* et *M* **171** quam] quem *Bpc.* sarcinam *M* absolueretur *AK* **d**, soluerentur *O*, soluerentur *W* **172** est *om.H* dimidio **aerm**, dimidium *codd.* **d** **173** suorum *om.K* clamaret *M* quaeque **a** **174** uocem *EMWar.* **175** diligimus] *add.* contuli *BFL*, *add.* expl(icit) *O*

XL (*Maur.32*)

Ambrosius Irenaeo

1. *Clamavit perdix, congregavit quae non peperit.* Licet enim mihi de superioris fine epistulae sequentis mutuari exordium. Celeberrima quaestio; et ideo ut possimus eam absolvere, quid de natura avis istius habeat historia consideremus. Nam et hoc considerare non mediocris prudentiae est, siquidem et Salomon naturas cognovit animalium *et locutus est de pecoribus et volatilibus et de reptilibus et de piscibus.*

2. Dicitur itaque avis ista plena esse doli, fraudis, fallaciae, quae decipiendi venatoris vias calleat atque artes noverit, ut eum a pullis avertat suis, omniaque temptamenta versutiae non praetermittere, quo possit venantem abducere a nido et cubilibus suis. Certe si insistere adverterit, tamdiu illudit, quamdiu suboli fugiendi signum tribuat et potestatem. Quam ubi evasisse senserit, tunc se et ipsa subtrahit et lubrica arte deceptum insidiantem relinquit.

---

2 Irenaeo] *cf. ad l.4* **3** *Ier. 17,11a **4** *cf.* ep. 39,172sqq.; *ex hoc exordio Faller cum editione Romana contra omnes fere codices hanc quoque epistulam Sabino inscriptam fuisse suspicatus est, sed cf. Proleg. 2.2.13* **5sq.** *cf.* Orig. In Ier. hom. 17 (*p. 143,4–10 Klostermann*) **8–10** *3Reg. 4,33 **11–18** *cf.* Orig. *l.c.* (*p. 143,10–144,1*)

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

1 XL *Apr.Wpc.*, XLI *Aar.BEFKLM* **d**, XLIIII *O*, XLVI *P*, XLVIII **a**, *om.HS* **r** **2** Irenaeo] Sabino *P c.Vat.280* **r** *Faller, sed cf. Proleg., add.* episcopo *P, add.* salutem **dm** **3** liceat **r** **4** mihi *om.P* superioris] -res *Aac.*, -rem *Wac.* fine epistulae] ad Irenaeum de incarnationis dominicae sacramento contra Apollinarium epistolae fine **r** mutari *K* **5** quaestio] *add.* est *Wsl.* ea *M* **r** **7** prudentia *P* **8** naturam *A* **d** cognouit naturas *tr.* **erm** **9** uolatibus *F* de *alt. om.FH* **13** a pullis] appullis *E* euertat *L* **14** quo] quae *L* **15** aduertit *O*, auerterit *MWac.*, auertit *AK* **d** **16** subole *Mac.* fugiendi soboli *tr.Lac.* **18** relinquet *FL*, reliquet *Bac.*, derelinquit *H*

3. Fertur etiam promiscuae esse permixtionis, ut in feminas cum summo certamine mares irruant et vaga calescant libidine. Unde impurum et malivolum et fraudulentum animal adversario et circumscriptori generis humani fallacissimoque et impuritatis auctori conferendum putatur. *Clamavit* ergo *perdix* qui a perdendo nomen accepit, satanas ille qui latine contrarius dicitur. Clamavit in Eva primum, clamavit in Cain, clamavit in Pharao, Dathan, Abiron, Chore. Clamavit in Iudaeis, quando petierunt sibi fieri deos, cum Moyses legem acciperet. Clamavit iterum, quando de salvatore dixerunt: *Crucifigatur, crucifigatur, sanguis eius super nos et super filios nostros.* Clamavit, quando sibi regem fieri postulaverunt, ut recederent a domino deo rege. Clamavit in omni vano et perfido.

4. His vocibus *congregavit* sibi populos quos non creaverat; deus enim *hominem ad imaginem suam fecit* et diabolus sibi hominem vocis suae fraude sociaverat. Congregavit sibi nationum populos *faciens divitias non cum iudicio.* Unde in proverbio est de divite avaro quia *perdix* iste congregat *divitias non cum iudicio.* At vero meus Iesus quasi *iudex*

19–23 Orig. In Ier. hom. 17 (*p. 144,1-8*) **24** Ier. 17,11a **24sq.** satanas – contrarius] *cf.* Orig. *l.c.* 144,7; Hier. Hebr. nom. 75 (*Lag.*) **25** Eva] *cf.* Gen. 3,4-6 **26** Cain] *cf.* Gen. 4,8 Pharao] *cf.* Ex. 5,2 **26sq.** Dathan – Chore] *cf.* Num. 16,1-3 **27sq.** *cf.* Ex. 32,1 **29** Mt. 27,23.25 **30sq.** *cf.* 1Reg. 8,5-7 **33** *cf.* Orig. *l.c.* 144,10; Hexam. 6,3,13 **34** Gen. 1,27; Sap. 2,23 **36–38** *Ier. 17,11b **38** *cf.* Orig. *l.c.* 145,3sq. **38sq.** *Is. 63,7

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

19 in *om.***a** **20** femina *B* **21** unde *om.Bac.* fraudolentum *AEKMS* **d**, frudul- *F* **22** et *om.Mac.* fallacissimo: quae **d**, infelicissimoque *O* **23** et *om.O* **24** qui a] quia *ABEM* **d**, quia a **a** **26** pharaone *P* **aer** abiran *F* **27** corae *B*, core **rm**, rorae *L* fieri *om.O* **29** dixerunt de saluatore *tr.O* crucifigatur *alt.*] *om.A* **d**, *add.* et **rm** **30** regem sibi *tr.AK* **d** **31** fieri *om.O* **32** in omni] non in *L* **33** recreauerat *O* **34** imaginem] *add.* et similitudinem **m** fecerat *M* et *om.A* **d** **35** sibi *pr.*] si *M* **36** con *Fac.* unde] uide *M* **37** quia] qui *B* **38** ad *Bac.*

bonus cum iudicio omnia agit, qui venit, sicut scriptum est, dicens: *Ego loquor iustitiam et iudicium salutis.*

5. Ea igitur gratia depraedatus est perdicem illum diabolum, abstulit ei male congregatas divitias multitudinis, revocavit ab errore animas gentium mentesque nationum deviantium. Et quia diaboli voce deceptos sciebat, et ipse, ut vincula nexusque veteris erroris solveret, clamavit primum in Abel cuius clamavit *vox sanguinis*. Clamavit in Moyse cui dixit: *Quid clamas ad me?* Clamavit in Iesu Nave. Clamavit in David qui ait: *Clamavi ad te, salva me*. Clamavit in omnibus prophetis; unde et ad Esaiam dicit: *Clama*, et ille ait: *Quid clamabo?* Clamavit in Salomone, convocans cum altissima praedicatione sapientia: *Venite, edite de meis panibus et bibite vinum quod miscui vobis*. Clamavit etiam in corpore suo, sicut *scarabaeus in ligno*, clamavit, ut insidiatorem falleret et circumveniret dicens: *Deus, deus meus, quare me dereliquisti?* Clamavit ut despoliaret respondens latroni: *Amen, amen, dico tibi: hodie mecum eris in paradiso*. Itaque ubi clamavit Iesus, continuo *perdix* ille a congregatis *in dimidio dierum suorum* derelictus est.

6. Unde et quidam naturae perdicis etiam istud aptandum putarunt, eo quod aliena diripiat ova et foveat suo corpore atque hac sua fraude partus alienos studeat acqui-

---

40 *Is. 63,1b **46** Gen. 4,10 **47** Ex. 14,15 Iesu Nave] *cf.* Ios. 1,1 **48** *Ps. 118,146 **49sq.** Is. 40,6 **50sq.** *cf.* Prov. 8,2–4 **51** *Prov. 9,5 **53** Habac. 2,11 **54** *Mt. 27,46; Ps. 21,2 **56** *Luc. 23,43 **57sq.** *Ier. 17,11c **59–72** *cf.* Hex. 6,3,13; Bas. Hex. (*PG 29,172C*)

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

39 omnia cum iudicio *tr.O* agit] ait *Bac.* qui *P* **aerm**, cum *H*, cui *cett.* **d**, *add.* con *Fsl.* **40** dicens *om.O* salutaris **r** **44** et *alt.*] ut *Opc., om.Oac.* ipsos *O* **45** ut] et *O, om.Aac.* **d** soluerit *A* **48** clamavi] clamavit **m** clamavit *alt.*] *add.* et **m** **49** et *pr. om.OPac.W* esaian *E*, seiam *Mac.*, is- (ys- *HS*) *HPS*, Isayan **d** **51** praedicatione] *add.* et *OW* **d** sapientiam *AHKMS* **d**, ad sapientiam **aer** venite] *add.* ad me *O* de *om.K* **53** ut *om.Eac.* **55** dispoliaret *ABac.* **m** **56** amen *alt. om.***r** **59** quidem *FL*, quadam *Bac.*

rere. Sed quod aiunt 'cornici oculum' – habent enim et volatilia suas artes –, ubi istud adverterit, cuius aut singula ova direpta aut cubile fuerit invasum aut sollicitata suboles errore similitudinis, speciei simulatione decepta, etsi infirmior viribus, induit se atque armat versutia; et cum labor omnis impensus nutrimentorum educantem exhauserit atque adolescere pulli coeperint, tunc vocem emittit et quadam pietatis tuba prolem advocat. Quae naturali quodam auditu excita agnoscit parentem et simulantem deserit. Ita cum vult *congregare quae non peperit*, amittit quos nutriendos putavit.

7. Non superfluo igitur et Iesus clamavit, ut quia totius mundi populus perdicis blanditiis arte specie deceptus ab auctore proprio deviaverat lubricas artes secutus, veri parentis voce revocatus fallacem relinqueret atque *in dimidio dierum eius* fraudulentum desereret, id est ante huius finem saeculi, cui nos eripuit dominus Iesus et ad vitam aeternam vocavit. Itaque nunc mortui mundo vivimus deo.

8. Cum igitur perdix iste penitus a falsis filiis derelictus fuerit, tunc erit stultus ille quem *elegit deus* et sapientem

---

62 cornici osculum] Cic. pro Flac. 20,46 *al.*; Otto, Sprichwörter 93; ThlL IV 962,12–24 **71** Ier. 17,11a **76** Ier. 17,11c **77sq.** *cf.* Orig. In Ier. hom. 17 (*p. 145,10–13*) **79** mortui – deo] *cf.* Rom. 6,11 **81** 1Cor. 1,27

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

62 cornicis *Apc.Fpc.HMOPSW* **ader** **63** auertit *O*, auerterit *EHMSW* **64** directa *Eac.Mac.* inuasum fuerit *tr.O* aut *alt. om.***ae** sollicita *Bac.* **65** errore *Bsr.* **erm**, errori *EFac.LMW*, erroris *AFpc.HKOPS* **ad** similitudinis *Bpc.* **erm**, -ne *cett.* **ad** specie *AFKLP* simulatione] similitudine *O* **66** utque *Fpc.* arma *F* **68** admittit *M* **70** excitata *Epc.FHLOPS edd.*, excitat *W* **71** ammittit *MS* nutriendo *EMW* **73** superfluuio *F* ut] et *AK* **d** **74** populus] *add.* uoce *ABFKLMmp.PSmp. edd.* blanditus **d** **75** parentis] pastoris (s *sr.*) *F* **76** revocatus *om.O* **77** fraudolentum *EKMS* **d** finem huius *tr.O* **d** **80** perdix – derelictus *om.Bac.* **81** et – **82** deus *om.K*

confudit quoniam *quae stulta sunt mundi elegit deus*. Ideoque *si quis videtur sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat ut sit sapiens*.

Vale, fili, et nos dilige, ut facis, quoniam nos te diligimus.

XLI (*Maur.86*)

Ambrosius Siricio

Prisco, amico aequaevo meo, dedisti advenienti litteras. Ego quoque revertenti reddidi, quas et pro officio et pro amore debui. Utrumque igitur nostrum suo officio remuneratus est, quod et mihi tuas et meas tibi restituit. Ideo eius officii pretium incremento debet adipisci gratiae.

Vale et nos, frater, dilige, quia nos te diligimus.

---

82 1Cor. 1,27 **83sq.** 1Cor. 3,18

2 Siricio] *pontifici Romano annorum 384–398 ut videtur, quem ep. 46,29sq.* amantem nostri et parentem, *hic* fratrem *dicit* **3** amico aequaevo] *cf.* Verg. Aen. 5,452

ABEF[H]KLMOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

82 confudit] confundit *O* **d**, *add.* saluus *Emp.HMpc.Sm3* **aerm** ideoque] ideo *EHMac.S* **aer** **83** esse *om.EHMSac.* saeculo] mundo *OW* **85** ut facis *om.F* quoniam] quia *P* diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 XLI *AWpc.*, XLII *BEFKLM* **d**, XLVIIII *O* **a**, LII *P*, LXVII **r**, *om.HS* **2** Siricio] Syricio **arm**, *add.* salutem **d** **3** amico] *add.* et *BEFHLMOPSW* **aerm** aequaevo *AFpc.HMpc.OS* **aerm**, aequali *Bac.P*, aequeo **d**, (a)equ(a)elio *Bpc.EFac.KLMac.W*, *cf. Proleg. 4.2.11* **4** et *pr. om.O* **6** quod] qui **rm**, quo **e** tibi] mihi *L* restitui *W* **7** incrementum *O*, -ta *Apc.Hpc.Spc.* **ader** **8** frater *om.O* quia] qua *B* diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

XLII (*Maur.88*)

Ambrosius Attico

Prisco meo dedisti litteras. Priscus meus mihi reddidit et ego Prisco. Tu Priscum ut soles dilige et plus etiam quam soles. Quod eo suadeo, quia et ipse Priscum meum facio plurimi. Est enim erga eum priscus hic noster amor, qui a pueritia iam inde nobiscum aetate accrevit simul. Sed eum multo post vidi tempore, ut vere mihi non solum nomine, sed etiam tanti intervallo temporis priscus advenerit.

Vale et amantes tui dilige, quia nos te diligimus.

XLIII (*Maur.3*)

Ambrosius Felici

1. Misisti mihi tubera et quidem mirae magnitudinis, ut stupori forent. Ea tam grandia nolui in sinu, ut aiunt,

---

2 Attico] *verisim. eidem ac Nonio Attico Maximo, praefecto praetorio a.384 et consuli a.397* **3sqq.** Prisco] *cf. ep. praeced.*

2 Felici] *sc. episcopo Comensi, ad quem et ep. 5 data est*

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

1 XLII *AWpc.*, XLIII *BEFKLM* **d**, LI *O*, LIIII *P*, L **a**, LXVIII **r**, *om.HS* **2** atico *KM*, *add.* salutem **d** **3** reddidit mihi *tr.F* **5** eo suadeo *Bac.Fpc.HMpc.S* **aerm**, eos audeo *Aac.EFac.KLMac.Wac.*, eo audeo *OPWpc.*, ego sudeo *Bpc.*, eos aut eo *Apc.* **d** **6** Plurimi *AEFHKLMOP Sac.W* **d** enim est *tr.AK* priscum *O*, Priscus **a** quia (*om.*a) **d** **7** nobis cum **r** **8** ut] et *AK* **d** non solum mihi *tr.O* **9** Priscus **aer** **10** et] *add.* nos **m** diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 XLIII *Apr.Wpc.*, XLIIII *Aar.BFKLM*, XIIII *E*, XXII *O*, XI *P*, LI **a**, LXIX **r**, *om.HS* **2** Felici] *add.* episcopo salutem **d** **4** *post* grandia *interp.* **aerm** ut] *om.Bac.*, et ut *Bpc.*

abscondere, sed aliis quoque demonstrare malui. Itaque partem direxi amicis, partem mihi reservavi.

2. Suave munus, non tamen ita praepotens, ut comprimeret querelam meam iure excitatam, quod nos tamdiu amantes tui nequaquam revisas. Et cave posthac, ne maiora invenias doloris tubera. Nam huius nominis diversa ratio; ut enim grata in munere, ita in corpore atque in affectu molesta sunt. De te impetra, quominus te abesse doleam; nam causa commotionis meae desiderium est tui. Effice, si potes, ut minus gratus sis.

3. Rem exposui, causam probavi. Intorquenda est amentata illa non manipularis sententia. Metuisti certe, sed vide quam movear, ut delectet iocari. Postea tamen ne excusaveris. Etenim quamvis tua haec vectigalis mihi sit excusatio, male de te iudicat nec de me melius, si aut tuam absentiam muneribus compensandam aut me muneribus redimendum putes.

Vale et nos amantes tui dilige.

---

16 amentata] *cf.* Cic. De or. 1,242 amentatas hastas; Brut. 271 hastae velitibus amentatae

---

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

7 praepotens] -ponens *LP*, *add.* uel pollens *Fsl.*, praepollens **m** **7sq.** eum primeret *W* **9** post hanc *EMOar.*, post ha *Wac.* **10** invenias] invehas **er** **11** ratio] *add.* est *Wsl.* ut enim] etenim *BEFLMP* **13** causam *L* **14** sis gratus *tr.O* **15** torquenda *B* **16** amentata] amentanta *Aac.*, a me tanta *Apc.* **d**, tamen tota *HS* sententiam (-a *pr.)* etuisti *B* **17** morear *B* **19** male] *add.* tamen **rm** de *pr. om.Eac.* de me] ne **d**, me *om.Eac.* si *om.* **d** **20** compensandum *L* **22** dilige] *add.* quia nos te diligimus *codd.* **ader**, *add.* contuli *BFL.* expl(icit) *O*

XLIIII (*Maur.68*)

Ambrosius Romulo

1. Cum sis in agro, miror qua ratione de me quaerendum putaveris, cur dixerit deus: *Ponam caelum aereum et terram ferream.* Nam species ipsa agri et praesens fertilitas docere nos potest, quanta clementia sit aeris et caeli indulgentia, quando dignatur deus ubertatem dare; quando autem sterilitas, quemadmodum clausa omnia, spissus aer, ut in rigorem aeris solidatus putetur. Unde alibi habes quia *in diebus Heliae clausum est caelum annis tribus et mensibus sex.* **2.** Significatur igitur clausum *caelum aereum* esse usum sui terris negare. Terra quoque ferrea est, cum proventus abnuit et iacta sibi semina tamquam hostili duritia genitali excludit arvo, quae gremio solet blandae matris fovere. Quando enim ferrum fructificat, quando aes imbres relaxat?

3. His igitur miserandam famem minatur impiis, ut qui pietatem filiorum communi ⟨omni⟩um domino et patri exhibere nesciunt, careant nutrimento paternae indulgentiae, sit illis *caelum aereum* concreto aere et solidato in metalli

---

2 Romulo] *verisim. eidem ac Flavio Pisidio Romulo, consulari Aemiliae et Liguriae a.385, comiti sacrarum largitionum a.392, cf. Proleg.* **4** *Lev. 26,19; Deut. 28,23 **9** Luc. 4,25; 3Reg. 17,1 **13sq.** genitali ... arvo] Verg. Georg. 3,136 **14** gremio ... fovere] *cf.* Verg. Aen. 1,692

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

1 XLIIII *Apr.Wpc.*, XLV *Aar.BEFKLM* **d**, LII *O* **a**, LV *P*, *om.HS* **r** **2** Romulo] *add.* salutem **d** **3** ratione] *add.* dixerit *Bac.* **4** dixerit] fere *Bac.* ponam] *add.* vobis **r** aereum] sicut aeneum **r** terram] *add.* vestram **r** **5** ferream] sensam *Bac.*, sicut ferream **r** praesens] preclemen *B* **6** nos] non *EMO* clementia] dodicitia *B* sit – indulgentia *om.Aac.* **7** dignatur] dicinatur *B* **8** omnia *om.L* ut] et *AK* **d** **9** solidatum *AK* **11** caelum *om.B* aeneum **r** **12** terris] terroris *Eac.MW* ferream *A* **14** arvo] auro *Mac.Pac.*, aluo **aer** **15** fructificat ferrum *K*, ferrum fructificatur *M* aes] aer *FL* **d**, ei *O* imbre *Wpc.* relaxatur *W*, relaxantur *O* **17** pietatis *Fac.m1* communi omnium **rm**, communium *cett.* **ade** **18** careant *om.O* **19** aeneum **r**

rigorem, sit illis terra ferrea partus suos nesciens et, quod plerumque in⟨o⟩pia habeat, discordias serens. Rapto enim utuntur qui victu indigent, ut alienis dispendiis famem suam ablevent.

4. Iam si et offensa inhabitantium huiusmodi sit, ut divina commotione his inferantur proelia, vere terra est ferrea, telorum segetibus inhorrens et suis nuda fructibus, fecunda ad poenam, sterilis ad alimoniam. Ubi autem abundantia? *Ecce ego pluo vobis panes* dicit dominus.

Vale et nos dilige, quia nos te diligimus.

XLV (*Maur.52*)

Ambrosius Titiano

1. Venit tibi innocens victoria, ut sine voti amaritudine potiaris victoriae securitate. Rufinus enim ex magistro officiorum factus est in consulatu praefectus praetorio ac per hoc plus posse coepit, sed tibi iam nihil obesse; est enim aliarum praefectus partium. Quam gaudeo vel illi ut amico, quia honore auctus invidia levatus est, vel tibi ut filio, quia

---

26 telorum segetibus inhorrens] *cf.* Verg. Aen. 7,526; 3,46 **28** *Ex. 16,4

1 *Scripta a.392, cf.Proleg.* **4** Rufinus] *i.q. Flavius Romulus, a.392-395 praefectus praetorio Orientis, consul a.392, magister officiorum in aula Viennensi Valentiniani II*

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

20 illis] *add.* caelum aereum *EHMar.S* terra *om.Eac.Mac.* ferrea terra *tr.Epc.HS* partos *Bac.* et **aer**, ut *cett.* **dm** **21** inopia **erm**, impia *cett.* **ad** habebat **a**, habet **e** raptum **a** **23** alleuent *AFOPW* **d**, abluent *Kac.*, lleuent *K s.* bluent **24** si et] stet *B* offensam *Aar.W* **25** commotionem *Aar.* his] iis **aerm** uerum *W* **27**sq. abundantiam *A* **d** **28** panis *B* **29** nos *alt. om.F* diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 XLV *Apr.Wpc.*, XLVI *Aar.BEFKLM* **d**, LIV *O*, LVII *P*, LIII **a**, L **r**, *om.HS* **2** ticiano *HKMO* **d** **3** voti] uoce *Bac.*, uocis *Bpc.* **5** praetorii *Bpc.P* **6** caepit *E* **7** aliorum *F* quam gaudeo] qua gaudeo *Apr.* **d**, quod g. *O*, congaudeo *P* **r** **8** actus *EHMSac.*

liberatus es ab eo, quem tibi graviorem iudicem arbitrabare, ut si de negotio definiveris cum tua nepte, pietatis tuae sit non formidinis.

2. Ideoque promptior esto decisioni, cuius et spes potior et fructus est: Spes quia pater neptis tuae, qui de illi⟨u⟩s sent⟨ent⟩ia sibi plurimum blandiebatur, iam quod de eo speret non habet; ille enim alia curat, praeterita neglegit, vel cum illo quod tunc gerebat deposuit officio, iste negotii sui meritum, non sententiae patronum considerat. Et fructus iucundior est, ut tibi referatur decisionis gratia, qui potueris iam spernere et non spreveris pietatem spectans necessitudinis, non stimulum offensionis.

Vale et nos dilige ut filius, quia nos te ut parentes diligimus.

XLVI (*Maur.85*)

Ambrosius Siricio

1. Gratum est mihi, cum litteras accipio tuas. At cum de conservitio nostro aliquos dirigis, ut fratrem nostrum et

---

2 Siricio] *cf. ad ep. 41*

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

9 arbitrare *Aac.* **10** ut] uel *O* de *om.A* nepte] neptis *Mpc.*, neppe *L* tuae *om.O* sit *om.L* **12** decisioni] dicisioni *Aac.FK*, diciss- *Bac.*, deciss- *Bpc.* **13** fructus] factus *W* tuae] suae *O* qui] quid *LOP* **ad** illius **erm**, illis *codd.* **ad** **14** sententia **erm**, sentias *codd.* **ad** quod] quid *P* de eo] deo *Bac.Eac.* **16** cum uel *tr.W* illud *AK* **ad** officium *AK* **ad** **18** feratur *O* **19** spreueritis *Mac.* spectamus *O* **21** ut filius *om.***d** **21sq.** diligimus ut parentes *tr.P, add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 XLVI *Apr.Wpc.*, XLVII *Aar.BEFKLM* **d**, L *O*, LIII *P*, LIIII **a**, XXI **r**, *om.HS* **2** Ambrosius Siricio *om.Aac., add.* salutem **d** Syricio **aerm** **3** at] aut *MO* **4** seruitio *KMac.* ut] in **d**, *add.* cum *O*

conpresbyterum Syrum tuis es prosecutus litteris, geminatur laetitia. Sed utinam fructus fuisset iste diuturnior! Nam statim ut venit, recurrendum putavit; quod quidem ad desiderium meum plurimum minuit, ad sui gratiam multum addidit.

2. Nam ego diligo eos vel presbyteros vel diaconos, qui cum aliquo processerint, nequaquam se patiuntur a suo diutius abesse munere; dicit enim propheta: *Non laboravi sequens post te.* Quis autem potest laborare sequens Iesum, cum ipse dicat: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam?*

Sequamur ergo Iesum semper nec desinamus! Quodsi semper sequamur, numquam deficimus; dat enim vires sequentibus se. Itaque quo propior virtuti fueris, eo fortior eris.

3. Plerumque, cum sequimur, dicitur nobis ab adversariis: *Ubi est verbum domini? veniat!* Sed nos non fatigemur sequendo, non avertamur subdolae interrogationis impedimento. Dicebatur hoc prophetae cum mitteretur in carcerem, cum demergeretur in voraginem luti: *Ubi est verbum domini? veniat!* Sed ille multo magis secutus est et ideo ad bravium pervenit, ideo accepit coronam, quia non laboravit

---

12 *Ier. 17,16 **14** *Mt. 11,28 **21. 24** Ier. 17,15 **23** *cf.* Ier. 37,14sq. **24** *cf.* Ier. 38,6 **26** bravium – coronam] *cf.* 1Cor. 9,24sq.

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

5 Syrum *om.***r** tui *Bac.* **6** iste *om.FLP* nam] iam *FL* **7** recuperandum *H* putaui *L* ad *om.***m** **10sq.** qui cum] quicumque *L* **11** processerunt *HS* **12** munere] officio *P* **13** poste *FLac.* **14** ueniet *Mac.* omnis *Bac.* **16** ergo] et ego *Mac.*, et ergo *Mpc.* **17** sequimur *PS* deficimur *Bac.EMW* **18** proprior *Aar.Ear.W*, prior *B* **20** consequimur *Wac.* **21** fatigamur *B* **22** sequendo] sed quando *B* aduertamur *ABFac.M*

qui sequebatur Iesum. *Non* est enim *labor in Iacob nec dolor videbitur in Israhel.*

Vale et nos dilige, quia et nos amantem nostri et parentem diligimus.

XLVII (*Maur.87*)

Ambrosius Foegadio et Delfino episcopis

1. Polybius, filius noster, cum de Africanis regressus partibus, in quibus proconsularem iurisdictionem egregie repraesentavit, aliquantulos nobiscum exegisset dies, summa gratia se meis visceribus infudit. **2.** Deinde cum abire hinc et demeare vellet, poposcit ut utrique vestrum scriberem. Promisi futurum. Itaque dictavi epistulam et utriusque conscriptam nomine dedi. Postulavit alteram. Dixi ad utrumque vestrum datam more usuque nostro, eo quod sancta mens vestra non epistularum numero, sed

---

27 *Num. 23,21

2 Foegadio] *eidem ac Foebadio episcopo civitatis Aginnensis (Agen) non procul a Burdigalia sitae, cf. Proleg.* Delfino] *sc. episcopo Burdigalensi qui Paulinum Nolanum baptizavit, cf. Proleg.* **3** Polybius] *proconsul Africae inter annos 380 et 398, cf. RE XXI 1580,14–27; Prosop. I 711*

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

27 enim *om.O* dolor] ydolum *O* **28** uidetur *O* **29** et (*tert.*)] ut **aer** parentem] patrem *B* **30** diligamus *Mac., add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 XLVII *AWpc.*, XLVIII *BEFKLM* **d**, LV *O* **a**, LVIII *P*, LXX **r**, *om.HS* **2** Foegadio] Fygadio **r**, soegatio *F*, segatio *LP* **m**, foegodio *K* Delphino *O* **arm** episcopis] -po *BF*, epp *L, add.* salutem **d** **3** folibius *O* regressus – **5** ali(quantulos) *om.O* **5** repraesentavit] *add.* cum *S* exigisset *FLac.* **6** deinde] denique *P* **7** abire] -ret *O*, -rem *W* demeare] de mea *B*, rem- *W* vellet] uere *Mac.*, uel et *Mpc.* **8** scriberet *L* futurum] fact- *Wpc.* et] ut *Aac.K, del.B* **9** dedi *om.B* **10** dixit *M* **11** vestra *om.H*

coniunctione nominum delectaretur, nec perpeti posset, ut fieret vocabulorum separatio, quorum affectus conveniret, idque praescriptum nostro muneri, ut uteremur caritatis compendio.

3. Quid plura? Exegit alteram; dedi, ut neque illi negarem quod posceret, nec mihi immutarem quod in usum venerat. Ita et ille habet quod utrique reddat, quia id solum praetendit, ne cum alteri reddidisset, alteri vacuus foret, et ego vobis indivisae gratiae munus sine ullo dependam offensionis periculo et divisionis scrupulo, cum praesertim etiam haec forma scriptionis apostolicae sit, ut et unus ad plures, ut Paulus ad Galatas, et duo ad unum possint scribere, sicut est scriptum: *Paulus vinctus Iesu Christi et Timotheus frater Philemoni.*

Salutem vobis dico. Diligite nos et orate pro nobis, quia ego vos diligo.

XLVIII (*Maur.66*)

Ambrosius Romulo

1. Epistularum genus propterea repertum, ut quidam nobis cum absentibus sermo sit, in dubium non venit. Sed

---

16 alteram] *sc. alterum huius epistulae exemplum* **24** *Philem. 1 **2** Romulo] *cf. ep. 44*

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

12 possit *Eac.* **14** idque] ideoque *AEac.HMOSW* **ader** nostro] numero *O* **16** quid] qui *B* pluram *M* **17** mutarem *O* **19** ne] nec *FL* alteri *alt.*] alter **d** **21** et] sed *O* **23** ut] aut *Bar.*, et *AK* **d** **24** scriptum est *tr.***erm** fratri *ABEFHKLMSW* **d** **25** filemoni *ABEFHKLMSW* **d** **26** *post* salutem *interp. HOS* nobis] uobis *M* **27** diligo] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 XLVIII *AWpc.*, XLVIIII *BEFKLM* **d**, LIII *O*, LVI *P* **a**, *om.HS* **r** **2** Romulo] -leo *L*, *add.* salutem **d** **4** nobiscum *BL* venit sed] uenisset *B*

fit hoc usu exemploque pulchrius, si inter parentem ac filios crebra et iucunda alloquia caedantur, ut vere inter disiunctos corpore quaedam imago referatur praesentiae; his enim adolescit officiis amor, sicut tuis ad me aut meis ad te augetur litteris.

Sed hoc multo locupletius proximis tuae dilectionis experiri coepi affatibus, quibus me consulendum putasti, quid sibi vellet, quod Aaron aurum detraxerit populo poscenti sibi fieri deos et quod eo auro figuratum sit vituli caput vel quod Moyses tam dure indignatus sit, ut iuberet proximum quemque insurgere gladiis in necem proximi sui.

Magnum est enim nullum pati absentibus damnum irrepere non solum suavitatis, sed etiam collationis et liberalis scientiae. Quid igitur de eo sentiam quoniam exposcis, conferendi magis quam exponendi studio loquar.

2. Cum Moyses in monte Sina legem acciperet, populus erat cum Aaron sacerdote. Et quamvis frequenter ad culpam lubricus, tamen quamdiu lex dabatur, sacrilegio errasse non proditur. Verum ubi divinum conticuit oraculum, peccatum irrepsit, ut peterent sibi fieri deos. Coactus Aaron petiit anulos eorum et inaures mulierum, quae tradita in

---

6 alloquia caedantur] *cf.* Ter. Heaut.242 (*cf.* epp. 7,4; 23,4; 33,11) **12sq.** *cf.* Ex. 32,1sq. **13** *cf.* Ex. 32,4 **14sq.** *cf.* Ex. 32,27 **20sq.** *cf.* Ex. 24,14 **21sq.** ad culpam lubricus] *cf.* Ex. 32,22 **23–26** *cf.* Ex. 32, 1–4

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

5 usuque *P*, usum *B* exemplo *O* **6** crebrae *B* et] ac *O* caedantur *BL* **aerm**, ced- *cett.* **d** disiunctos *Bpc.Fpc.P* **aerm**, seiunctos *O Faller*, iunctos *cett.* **d** **8** sicut] si aut *Bpc.*, si cum *O* **9** augeatur *Far.O* **10** proximus *AW* **11** coepit *L* **12** quid] qui *F* **13** eo] ex **er** **14** durae *EMpc.*, durare *Mac.* **17** conlationes *Bac.*, consolationis *AMpc.OW* **d** **18** de eo] decos *B* **19** loquor *AK* **d** **20** synai *O*, sinaa *Lpc.*, syna *HKMPSW* **ae** **24** fieri sibi *tr.***d** deos] *add.* sic enim dicunt: Surge et fac nobis deos qui praecedant nos **r** coactus] *add.* ergo **r** **25** petiit *FLP* **m**, petit *cett.* **ader** inaures] aures *Bac.* qua **r**

ignem misit et conflatum est vituli caput. **3.** Neque excusare tantum sacerdotem possumus neque condemnare audemus. Non imprudens tamen qui anulos Iudaeis et inaures abstulit. Etenim qui sacrilegium moliebantur, nec fidei signaculum habere poterant nec ornamenta aurium – denique et patriarcha Iacob abscondit inaures cum simulacris gentium, quando in Sicimis abscondit, ut nullus audiret superstitiones gentilium –; pulchre autem dixit: *Deponite* anulos et *inaures aureas quae sunt in aures mulierum vestrarum*, non quo virorum inaures relinqueret, sed quod viros non habere manifestaret. Congrue quoque inaures auferuntur mulieribus, ne iterum Eva vocem serpentis audiret.

4. Et ideo quia sacrilegium audierant, conflatis earum inauribus conflata est imago sacrilegii. Qui enim male audit, conflare sacrilegium solet. Cur autem caput vituli exierit, sequentia docent, quia significabatur futurum quod Hieroboam posteriore tempore hoc genus sacrilegii induceret, ut populus Hebraeorum adoraret vitulas aureas, sive quod omnis perfidia similis immanitatis atque insipientiae bestialis sit.

5. Cuius rei indignitate percitus fregit tabulas Moyses et comminuit vituli caput atque in pulverem redegit, ut omnia

---

30–33 *cf.* Gen. 35,4 **33** dixit] *sc. Aaron,* Ex. 32,2 **37** *cf.* Gen. 3,4–6 **38sq.** *cf.* Ex. 32,4 **40** caput vituli exierit] *cf.* Ex. 32,24 **41–43** *cf.* 3Reg. 12,28-31 **46sq.** *cf.* Ex. 32,19sq.

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

28 non *om.Aac.* qui anulos] quia nullos *Mac., add.* a *Fmp.* **29** moliebant *EMac.* signaculum] sacramentum *H* **32** quando] quae **r** siccimis *ELMS* **d**, sichimis *P* **aerm**, sycimis *H*, scicimis *A*, sicimes *Bac.* **34** in aures *KS* **d**, inaures *cett.* **aem**, in auribus **r**, *om.LP* mulierum – **35** quo *om.B* vestrarum *om.F* **35** quo] quod *Wpc.* quod] quas *O* **38** conflatis earum] conflatise aurum *B* **43** uitulos aureos (*Vulg.*) *HLPS* **aer** sine *F* **46** cui *Eac.* percussus *O* **47** atque] et *O* redegit in puluerem *tr.O* redigit *M*

impietatis aboleret vestigia. Fractae sunt enim primae tabulae, ut pararentur secundae, quibus per evangelii praedicationem perfidia comminuta evanuit. Sic Moyses tyfum illum dissipavit Aegyptium et *altitudinem extollentem se* compressit aeternae legis auctoritate. Unde et David ait: *Et confringet dominus cedros Libani et comminuet eas tamquam vitulum Libani.* **6.** Itaque absorbuit populus omnem perfidiam ac superbiam, ne eum absorberet impietas et arrogantia. Melius est enim ut unusquisque praevaleat carni et vitiis eius, ne dicatur de eo quia *devoravit* eum *mors praevalens*, sed dicatur magis: *Devorata est mors in victoria sua. Ubi est, mors, victoria tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* Et de domino dictum: *De torrente in via bibet, quia acetum accepit*, ut absorberet universorum temptationes.

7. Quod autem occidi fecit a proximis proximos, filios a parentibus, a fratribus fratres, praeceptum evidens quia praeferenda est religio necessitudini, pietas propinquitati.

50sq. *cf.* Philon. Moys. 2 (37),270 **51** 2Cor. 10,5 **52** Ps. 28,5sq. **57sq.** *Is. 25,8 **58** *1Cor. 15,54sq. **60** Ps. 109,7 *et* Ioh. 19,30 **62sq.** *cf.* Ex. 32,27

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

48 absoluet (-ueret *pc.*) *B* vestigia] *add.* dicit enim: Iratus ira Moyses proiecit de manibus suis duas tabulas et confregit eas sub monte: et accipiens vitulum quem fecerant combussit illum igne et contrivit etc. **r** factae *Bac.* enim] ergo **r** **49** pararentur *Aac.K* **a**, repara- *cett.* **derm** **50** perfidiam *Aac.* sic] si *A* **d**, sicut *O* tyfum] tifum *FKL* **d**, tiphum *P*, typhum *EWpc.* **rm**, typum *Bpr.HMOSWac.* **ae** **51** aegyptum *Aac.L* **52** auctoritatem *EMW*, *add.* statuit *Wmg.mp.* **53** confringit *ABac.FL* comminuit *Bac.FL* eos *Aac.Bac.EFLMac.S* **a** **54** uitulus *LOWac.*, -los *Wpc.* obsorbuit *OW* omnis **d** **56** est *om.OWac.* **58** mors *om.W* sua *om.HP* **rm** **59** victoria – mors *alt. om.* **d** **60** dictum] *add.* est *Wpc.* bibit *MOSW* **d** quia acetum] quia caetum *Aac.*, qui ac(a)etum *Apc.Mpc.* **r**, quia acoetum *K*, quia coetum **d**, quia acceptum *Bac.* **62** quid *AMpc.* **d** feci *Bac.* a (*bis*) *om.OW* proximos a proximis *tr.P* **63** a *om.OW* **64** propinquanti *Fac.*

Ea est enim vera pietas quae praeponit divina humanis, perpetua temporalibus. Unde et ipse Moyses ad filios Levi dixit: *Qui paratus est ad dominum, veniat ad me. Et dixit illis: Haec dicit dominus deus Israhel: Imponite unusquisque gladium suum in femore suo et pertransite,* ut contemplatione atque amore reverentiae divinae perimeretur omnis affectus necessitudinis. Et occisa quidem scribuntur *tria milia hominum.* Nec numeri invidia movemur, quia melius est paucorum supplicio universos exui quam in omnes vindicari. Neque vero aliquid durum videtur pro vindicta iniuriae caelestis.

8. Denique sanctiora ceteris ad hoc munus eliguntur ministeria levitarum, quorum portio deus. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norunt, quoniam sanctis omnia deus est. Est etiam ille levita verus ultor et vindex, qui carnem interimit ut servet spiritum; qualis erat ille qui ait: *Castigo corpus meum et servituti redigo.* Quid autem tam proximum quam caro animae? Quid tam proximum quam sunt passiones corporis? Eas in se levita bonus interimit spiritali gladio, qui est *verbum dei bis acutum* et *validum.*

67–69 *Ex. 32,26sq. **71sq.** *Ex. 32,28 **77** quorum portio deus] *cf.* Num. 18,20; Deut. 10,9; Deut. 18,2 **79sq.** *cf.* 1Cor. 5,5 **81** *1Cor. 9,27 **84** *Hebr. 4,12

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

65 uere *HS* proponit *W* **66** ad filios Levi *om.* **r** **67** qui] si quis **r** paratus est *om.***r** ad dominum *FKLP*, domino *OW*, a domino *cett. edd.*, *om.Aac.* (τίς πρὸς κύριον LXX) me] *add.* et congregati sunt ad eum omnes filii Leui **r** **68** imponit *Mac.* **69** suum] sum **d** pertransite] *add.* et redite a porta in portam per castra et occidite unusquisque fratrem suum et unusquisque proximum suum etc. **r** contemplationem *Aar.* **71** ociosa *L* **72** melior *W* est *om.O* **73** exiui *M* uindicare *Fac.* **74** ne **d** uiro *Mac.* uiderunt *M* **76** eleguntur *BEM* **77** deus] *add.* est *Mpc.* **78** parce *Mac.* **79** est *alt.*] et **ae** veris *W* **81** seruitutis *Bar.*, in seruitutem **d** qui *Eac.* **82** qui *Eac.Mac.* **84** qui] quod *O*, quia *Epc.S* uerbum dei est *tr.HS* bis *om.HS*

9. Est et *gladius* spiritus qui *pertransit animam*, sicut ad Mariam dictum est: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur multorum cordium cogitationes.* Nonne caro animae fraterno quodam copulatur consortio? Nonne etiam menti nostrae affinis et propinquus sermo est? Cum igitur comprimimus sermonem, ne *multiloquio peccatum* incidamus, ius germanitatis abrumpimus et fraternae vinculum propinquitatis dissolvimus, irrationabile quoque suum anima tamquam cognatum rationabili vigore dissociat.

10. Sic ergo Moyses docuit populum insurgere in proximos suos, per quos fidei revocaretur virtus, impediretur in nobis quicquid a virtute devium foret, confusum erroribus, vitiis innexum. Hac institutione populi meruit, ut non solum deliniret indignationem divinam atque offensam averteret, verum etiam conciliaret gratiam.

11. Pro captu itaque nostro quid sentiremus, quoniam consuluisti, expressimus. Ipse si quid melius habes, nobiscum participato, ut ex te et ex nobis discamus, quid potius eligendum et sequendum sit.

Vale et ut filius nos dilige, quoniam et nos te diligimus.

---

85 *cf.* Eph. 6,17 **86** Luc. 2,35 **90** Prov. 10,19 **94** *cf.* Ex. 32,27 **97–99** *cf.* Ex. 32,29.33sq.

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

85 est *om.O* sicut – **86** animam *om.B* **86** pertransiuit *B* **87** gladium *Eac.* **89** etiam] *add.* et *O* affinis] *add.* est *B* et] ad *Fac., om.***a** est *om.B* **90** multiloquio] -quii *Apc.* **d**, -qui *M* incedamus *Bac.EMac.* incend- *Aac.m1* **92** irrationale *O* **93** amatam quam *Bac.* **95** fidei *AK*, fide **d**, fides *cett.* **aerm** revocaretur] *add.* et *Bsl.* **m** impediretur] *add.* ut desecaretur **aerm** **98** verteret *FLP* **100** quod *K* **101** consuluistis *AW* melius *om.Mac.* **101sq.** nobis com- **aer** **102** participatio *Mac.* et ex *om.Mac.* **103** et sequendum *om.Eac.* **104** et *pr. om.B* diligimus] *add.* contuli *BF*, expl(icit) *O*

XLVIIII (*Maur.59*)

Ambrosius Severo episcopo

1. Ex ultimo Persidis profectus sinu Iacobus, frater et conpresbyter noster, Campaniae sibi ad requiescendum litora et vestras elegit amoenitates. Advertis quibus in locis quasi ad huius mundi vacuum tempestatibus suppetere sibi posse praesumpserit securitatem, ubi post diuturnos labores reliquum vitae exigat.

2. Remota enim vestri ora litoris non solum a periculis, sed etiam ab omni strepitu tranquillitatem infundit sensibus et traducit animos a terribilibus et saevis curarum aestibus ad honestam quietem, ut illud commune omnium specialiter vobis videatur congruere et convenire quod ait David de sancta ecclesia: *Ipse super maria fundavit eam et super flumina praeparavit eam.* Etenim liber animus a barbarorum incursibus et proeliorum acerbitatibus vacat orationibus, inservit deo, curat ea quae sunt domini, fovet illa quae pacis sunt et tranquillitatis.

---

1 *Scripta vel a.387/388 vel 392/393, cf. Proleg. et infra ll.19sqq.* **2** Severo] *sc. episcopo Neapolitano ut videtur, qui inter sanctos in Actis Sanctorum pridie Kal. Maias habetur, cf. Proleg.* **14** *Ps. 23,2 **15–18** *cf.* 1Cor. 7,32

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

1 XLVIIII *Wpc.*, L *ABEFLM* **d**, LVI *O*, LXVIIII *P*, LVII **a**, XXXII **r**, *om.HKPS* **2** episcopo] *add.* salutem **d** **3** iacobus sinu *tr.OW* iacob *A* **d** **5** eligit *EMS* amoenitatis *Fac.* auertis *W* **6** ad] ab *Ear.Fpc.m1HMSWpc.* **aerm**, a *Epr.Wac.* mundo *Wac.* vacuum] -am **aerm** **7** diurnos *EHM* **9** uestra *EM* hora *Bar.Fac.LOP* **10** infudit *ABEFHKLMW* **d** **11** scaeuis *AEMac.* **r**, sceuis *FP* **12** commune] omnes *B* **14** de] et *M* **16** aceruitatibus *Bac.EFac.M* **17** foueat *Aac.* illa] ea *AKOW* **d** **18** sunt pacis *tr.A* **d**

3. Nos autem obiecti barbaricis motibus et bellorum procellis in medio versamur omnium molestiarum freto et pro his laboribus et periculis graviora colligimus futurae vitae pericula. Unde de nobis propheticum illud concinere videtur: *Pro laboribus vidi tabernacula Aethiopum.* **4.** Et enim in istius mundi tenebris, quibus obumbratur veritas futurae perfectionis, cum ad annum tertium et quinquagesimum iam perduxerim in hoc corpore situs, in quo tam graves iam dudum sustinemus gemitus, quomodo non in tabernaculis Aethiopum tendimus et *habitamus cum habitantibus Madian?* Qui propter tenebrosi operis conscientiam diiudicari etiam ab homine mortali reformidant. *Spiritalis* enim *diiudicat omnia, ipse autem a nemine diiudicatur.*

Vale, frater, et nos dilige ut facis, quia nos te diligimus.

19sqq. *alludit ad malam condicionem rerum Mediolanensium post invasionem vel Maximi (a.387) vel Eugeni (a.392); quare Ambrosium annis vel 333/334 vel 339/340 natum esse elucet, cf. Proleg.* **23** *Habac. 3,7 **25** *cf. ad l.19* **28** tabernaculis Aethiopum] *cf.* Habac.3,7 **28sq.** *Ps. 119,5 **29** Madian] Habac. 3,7 **30** *1Cor.2,15

ABEF[H]KLMOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

19 mortibus *Ear.* **20** procella *A* **d**, procelsis *Mac.* fretro *K* **21** collegimus *ABac.EHKMSW* **d** **22** de *om.B* **23** uidit *AK* **25** ad *om.***aerm**, *exp.B* **26** produxerim *Eac.FLMP* **27** grauis *Bac.* **28** habitantibus] tabernaculis **r** **29** Madian] -am *B* **d**, cedar (*Vulg.*) *P* **r** **30** formidant *K* **32** nos *alt. om.F* diligimus] *add.* contuli *BF*, expl(icit) *O*

L (*Maur.25*)

Ambrosius Studio

1. Recognosco purae affectum mentis et fidei studium et domini nostri Iesu Christi timorem. De quo etiam ego vererer responsum referre, constrictus altero quod est commissum vobis propter custodiam legum, altero autem propter misericordiam et gratiam, nisi de hoc apostolicam haberes auctoritatem, quia *non sine causa gladium portat* qui iudicat; *dei enim vindex est* in eos qui male agunt.

2. Quod tamen, etsi cognitum tibi foret, non otiose sciscitandum putasti. Nam sunt, extra ecclesiam tamen, qui eos in communionem non vocent sacramentorum caelestium, qui in aliquos capitalem sententiam ferendam aestimaverunt. Plerique etiam sponte se abstinent et laudantur quidem, nec ipsi eos possumus non praedicare, qui auctoritatem apostoli eatenus observamus, ut his communionem non audeamus negare.

3. Vides igitur quid auctoritas tribuat, quid studeat misericordia: excusationem habebis si feceris, laudem si non

---

1 *Scripta videtur post capitalem Priscillianistarum poenam a.384/385 exactam, cf. Proleg.* **2** Studio] *fortasse eidem ac comiti rerum privatarum a.401 et praefecto urbi a.404, cf. Proleg.* **8sq.** *Rom. 13,4 **11** sunt *eqs.*] *fortasse Novatiani*

ABEF[H]KLMOPSW, N inc.24 scio; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

1 L *Apr.Wpc.*, LI *Aac.BEFKLM* **d**, LVII *O*, LVIII **a**, LX *P*, LI **r**, *om.HS* **3** et *alt.*] ad *W* **4sq.** uererer ego *tr.O* uerer *Wac.*, uereor *Apc.Wpc.* **d** **6** autem *om.L* **11** suscitandum *LWac.* nam] *add.* non **ae** extra ecclesiam tamen *om.***r** **12** eos – **13** qui *om.***ae** uocant *O* **13** feriendam *F* existimaverunt **ae** **14** laudant *O*, -atur *EHMW* **15** ipse *Bac.* qui **rm**, quia *cett.* **ade** **16** seruamus *OW* his] iis **arm** **18sq.** misericordia studeat *tr.F* studeat] suadeat **rm** **19** feceris] *add.* si non feceris *FP* **19sq.** laudem – feceris] sed laudem *FLP*

feceris et potueris facere. Nec tamen innocentes atterere squalore carceris et absolvere plus quasi sacerdos probabo; potest enim fieri, ut causa cognita recipiatur ad sententiam reus, qui postea aut indulgentiam sibi petat aut certe sine gravi severitate – quod quidam ait – habitet in carcere. Scio tamen plerosque gentilium gloriari solitos, quod incruentam de administratione provinciali securim revexerint. Si hoc gentiles, quid Christiani facere debent?

4. Ad omnia tamen accipe responsum salvatoris. Nam cum adulteram repperissent Iudaei, obtulerunt eam salvatori captantes, ut si absolveret eam, videretur legem solvere qui dixerat: *Non veni legem solvere sed implere*, si damnaret, videretur adversum finem venisse propositi sui. Hoc igitur praevidens dominus *Iesus* inclinato capite *scribebat in terra*. Quid scribebat nisi illud propheticum: *Terra, terra, scribe* hos *viros abdicatos*, quod de Iechonia lectum est in Hieremia

---

20–22 *de carcere innocentis rei cf.* Cod.Theod. 9,3,6 (edictum Gratiani et Theodosi III Kal. Ian. a.380): De his quos tenet carcer id aperta definitione sancimus, ut aut convictum velox poena subducat (*sc. carceri*) aut liberandum custodia diuturna non maceret, temperari autem ab innoxiis austera praeceptione sancimus **24** quidam – carcere] *sc.* Cicero, leg.agrar. 2,37,101: qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit? **28sqq.** *cf.* Ioh. 8,3-11 **31** *Mt. 5,17 **33** Ioh. 8,6 **34** Ier. 22,29sq. (*cf.* In Luc. 3,40, *p. 128,13*)

ABEF[H]KLMOPSW, N inc. 24 scio; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

20 et *correxi*, sed et non *B*, si non *FLP* **d**, et si non **r**, sed si non *cett.* **aem** nocentes *Faller* **m** attendere **d** **21** et] sed *P* **rm** **22** ad sententiam] absentia (-am *Aar.*) *A* **d**, *om.***r** **23** qui] quod *O*, quid *W* aut *pr. om.B* **24** severitate] seruitute *A* **25** ingruentem *F* **26** reuexerit *Bac.* **27** debentur *A* **28** accipere sponsum *Eac.Mac.N*, accipere responsum *AKMpc.* **d** **29** eam] ei *War. (del.)* **31** adimplere (*Vulg.*) *F* **rm** **32** aduersus *F* **m** propositus *Aar.* **34** nisi] in *B* propheticum *om.B* **35** quod] quid *HSac.* lectum] scriptum *O*, descriptum *B* **m**

propheta? **5.** Cum Iudaei interpellant, *in terra* scribuntur nomina Iudaeorum, cum adeunt Christiani, non scribuntur in terra fidelium nomina, sed *in caelo*. In terra autem scribuntur abdicati a patre proprio, qui patrem temptant et contumelias irrogant auctori salutis. Cum interpellant Iudaei, inclinat caput Iesus et quia *non habet ubi reclinet caput suum*, iterum erigit quasi dicturus sententiam et ait: *Qui sine peccato est, prior lapidet eam. Et iterum* inclinato capite *scribebat in terra.* **6.** *Audientes illi exire coeperunt singuli incipientes a senioribus*, vel quod ipsi plura haberent crimina qui diu vixerant, vel quia priores vim intellexerunt sententiae quasi prudentiores. Et coeperunt sua magis peccata deflere qui alieni criminis venerant accusatores.

7. Recedentibus ergo illis *remansit solus Iesus.* Et elevans caput ad mulierem ait: *Ubi sunt qui te accusabant? Nemo te lapidavit? Et illa respondit: Nemo. Dicit ei Iesus: Nec ego te damnabo. Vade et amodo vide ne pecces.* Non

---

36sq. Ier. 17,13 **38** *Luc. 10,20 **40** auctori salutis] *cf.* Hebr. 2,10 **41** *Mt. 8,20 **42–44** *Ioh. 8,7sq. **44sq.** *Ioh. 8,9 **49** *Ioh. 8,9 **50–52** *Ioh. 8,10sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

36 interpellant] -lent *N*, -pr(a)etant *EMac.*, -praetantur *H*, -praetatur *S*, *add.* ellant *Ssl.* **37** adeunt] ad eum *M* **38** nomina fidelium in terra *tr.N* fideli *P* in *alt. om.B* **39** abdicata (*om.* a) *F* **40** irrogant] interrogant *AEar.Far.K* **d** auctoris *AKS* interpellent *N* **41** iesus caput *tr.A* **d** **41sq.** caput suum reclinet *tr.L* **42** erigat *K* sententiam dicturus *tr.W* **43** lapidet eam] lapidem in illam mittat (*Vulg.*) *F* **44** audientes] *add.* autem (*Vulg.*) *P* audiens ille *Mac.* exiere *Aac.* **45** insipientes *M* **46** priorem *Bac.Far.LP*, priore *Fpr.* intellexerant *O* **51** lapidavit] condemnavit (*Vulg.*) *HS* **r** **52** te *om.F* damnabo *AFKP* **adem**, damno **r**, condem- (*Vulg.*) *cett.* vide amodo *tr.***m** vide *om.B*

damnat quasi *redemptio*; corrigit quasi *vita*, quasi *fons* abluit. Et quia quando se inclinat Iesus, ideo inclinat ut iacentes elevet, ideo ait remissio peccatorum: *Nec ego te damnabo*. **8.** Habes quod sequaris. Potest enim fieri, ut ille criminosus possit habere spem correctionis: si sine baptismo est, ut possit accipere remissionem, si baptizatus, ut paenitentiam gerat et corpus suum pro Christo offerat. Quantae sunt ad salutem viae! **9.** Et ideo maiores maluerunt indulgentiores esse circa iudices, ut dum gladius eorum timetur, reprimeretur scelerum furor, non incitaretur; quodsi negaretur communio, videretur criminosorum vindicata poena. Maluerunt igitur priores nostri, ut id in voluntate magis abstinentis quam in necessitate sit legis.

Vale et nos dilige, quia nos quoque te diligimus.

---

53 1Cor. 1,30; Ioh. 14,6; Ps. 35,10 *al.* **55** remissio peccatorum] *cf.* Act. 13,38 **55sq.** *Ioh. 8,11 *al.*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

54 se *om.HS* **55** ideoque *HS* te *om.Aac.* **56** damnabo *Aac.BKNpc.P* **aerm**, condem- (*Vulg.*) *cett.* **d**, *add.* con *Asl.m1(?)* **57** possit – **58** ut *om.O* **57** correptionis *FWpc.* **58** ut *alt.*] aut *Bar., eras.N, om.OP* **60** sint *Wac.* indulgentiores – **62** incitaretur *om.H* **61** ut] et *FLP* timeretur *S* **ae**, *add.* et *AKMSW* **ae** **62** reprimeretur] reprimetur *Aac.*, prim- *K*, perim- *OW* reprimeretur – incitaretur *om.Eac.* furor] *add.* et *Apc.Msl.S* **drm** **64** id] *om.F*, in **m** *(per errorem typogr.)* uoluntatem *Aar.K* **65** abstinentes *Aac.K* sit *om. Nac.* **66** quoque *om.HO* diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

LI (*Maur.15*)

Ambrosius Anatolio, Munerio, Severo, Philippo, Macedonio, Ammiano, Theodosio, Eutropio, Claro, Eusebio et Timotheo, domini sacerdotibus, et omni clero et plebi Thessalonicensium dilectis salutem

1. Dum semper affixum tenere animo desidero sanctum virum atque omnes actus eius quasi in specula positus exploro, hausi nimia indagine sollicitudinis amaritudinem nuntii celerioris et, quod adhuc mallem nescire, cognovi: in caelestibus iam requiescere virum, quem in terris requirebamus.

2. Quaeritis, quis hoc adnuntiaverit, cum vestrae sanctitatis nondum venissent litterae? Non teneo auctorem nuntii et usu quidem venit, ut non libenter teneamus nuntium maestitudinis. Sed tamen clauso tunc temporis mari, occu-

---

1 *Scripta a.382 ex. vel 383 in.* **2sqq.** *Ambrosius episcopis Macedoniae mortem Acholi episcopi Thessalonicensis et Anysi electionem communicantibus respondet* **15sq.** occupatis barbarica infestatione] *Gothorum quibuscum pax V Non.Oct. a. 382 facta est, cf. Proleg.*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

1 LI *Apr.Wpc.*, LII *Aar.BEFKLM* **d**, LVIII *O*, LXI *P*, LIX **a**, XXII **r**, *om.HNS* **2** anatholio *OPW* Numerio *edd.* filippo *BEMP* machedonio *BEMNW* **3** amnuano *N*, Amyano **a** theudosio *K* euthropio *N* et *om.L* thimotheo *BF* **d** **4** domini] -is *ABpc.KO* **ade**, *om.Bac.m1* et *pr. om.E* clero et omni *tr.O* et plebi] pl(a)ebis **aer**, et *om.EHMW* thesalonicensium *ABEHMN* **d**, Thessalonicensis **r**, *add.* in christo *Amp.sl.* **d** **6** dum] cum *O* **6sq.** virum sanctum *tr.* **aerm** **8** hausi] auxi *O*, aut si *Wac.*, haud *Wpc.* indagine] in agine *Eac.*, imagine *Epc.m1*, indagine *Emp.* sollicitudine *Eac.*, -nes *Mac.* **9** c(a)elebrioris *EMOW* **10** virum] *add.* acholium *Esl.m3HS, add.* sanctum acholium **aer** **12** qui *Eac.* sanctitas *M* **14** et] ex *Epc.mp.* usui *A* **d** **15** tamen] tunc *P* tunc temporis *om.* **ae** mare *W*

patis terrarum barbarica infestatione regionibus, cum deesset qui advenire potuerit, non defuit qui nuntiaret, ut mihi videatur ipse sanctus adnuntiasse [se] nobis, eo quod iam perpetuo laboris sui potiretur stipendio et solutis vinculis corporis inter angelorum ministeria Christo adhaereret, cupiens amantis sui errorem absolvere, ne illi longaevitatem vitae huius deprecaremur, cui vitae aeternae iam praemia deferebantur.

3. Abiit ergo, non obiit, et emigravit a nobis veteranus Christi Iesu, caelo terrae istius solum mutans et plaudens alis atque remigiis spiritalibus dicit: *Ecce elongavi fugiens.* Cupiebat enim apostolico spiritu iamdudum terras relinquere, sed tenebatur votis universorum, sicut de apostolo Petro legimus, quia remorari eum diutius in carne erat ecclesiae necessarium. Vivebat enim non sibi, sed omnibus, et populis erat vitae aeternae minister, ut prius eius fructum etiam in aliis quam cognitionem in se adipisceretur. **4.** Est igitur iam superiorum incola, possessor civitatis aeternae illius Hierusalem quae in caelo est. Videt illic urbis

---

25 plaudens alis] *cf.* Verg. Aen. 5,515sq. **26** Ps. 54,8 **27** *cf.* Phil. 1,23sq. **29** Petro – necessarium] *sc. in* Passione apostolorum Petri et Pauli 12 (*ed. Lipsius-Bonnet p. 232,23*); *cf.* ep. 75a,139–156; Hegesipp. hist. 3,2 (*CSEL 66 p.186,6–26*) *eiusdem fontis al.* **29sq.** *cf.* Phil. 1,24 **33–36** civitatis – perpetuum] *cf.* Apoc. 21,10. 15–19. 23

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

17 qui *pr.*] quid *B* **18** ipse] *add.* se *Aac.BELMNPW* adnuntia *Bac.* se *delevi* **19** poteretur *Bac.*, potere *Nac.* **21** erroris *O* **22** cui vitae] ciuitatis *K* iam] omnia *O* **25** terrae] -a *Aac.KO*, -aeque **ae** istius **aerm**, eiustius *AK*, iustius *cett.* **d**, *cf. Proleg. 4.2.11* **26** aliis *L* **d** ecce *om.B* longaui *Eac.* **27** terras *om.P* **29** Petro] Paulo *Amp.mg.* **d**, *om.* **aerm** rememorari *L* in carne eum diutius *tr.N* **31** et] *add.* in *K* populi *BWac.* **m** **32** cognitionem *Apr.BFpc.* **dm**, in cognitione *O*, in cognitionem *cett.*, *om.* **aer** **33** est] et *M*

eius mensuram immensam, purum aurum, lapidem pretiosum, lumen sine sole perpetuum. Et haec omnia iam dudum quidem sibi comperta, sed nunc facie ad faciem manifestata videns dicit: *Sicut audivimus ita* et *vidimus in civitate domini virtutum, in civitate dei nostri.* Ibi ergo positus appellat populum dei dicens: *O Israhel, quam magna est domus dei et quam ingens locus possessionis eius, magnus et non habens finem.*

5. Sed quid hoc est? Dum merita viri considero et quasi discedentem spiritu sequor et sanctorum choris deducentibus intermisceor non merito ullo sed affectu, paene sum oblitus mei. Itane ergo raptus est nobis murus fidei, gratiae et sanctitatis, quem totiens ingruentibus Gothorum catervis nequaquam tamen potuerunt barbarica penetrare tela, expugnare multarum gentium bellicus furor? Denique in ceteris populatores locis illic pacem rogabant, mirantibusque quid sibi sine milite ullo obsisteret, a prudentioribus intimabatur Helisaei intus imitatorem degere, aetate supparem, non imparem spiritu: caverent ne exemplo Syriaci agminis sibi quoque caecitas offunderetur. **6.** Et tamen circa discipulos suos diversa dona Christi sunt. Helisaeus quidem in Samariam captivas acies induxit Syrorum, sanctus au-

---

38sq. *Ps. 47,9 **40** *Bar. 3,24sq. **52–56** *cf.* 4Reg. 6,14-20

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

35 inmensem *Aac.K* **36** omnia haec *tr.O* **36sq.** quidem dudum *tr.L* **37** manifestata] -sta **aer**, -statur *Bac.*, -ste *Bpc.* **38** vidimus *AKM NOWpc.* **d**, uidemus *cett.* **aerm** **39** dei] domini *AEar.* **d** ubi *Bac.* **40** domini *M* **44** descedentem *AK* **d** spiritum *F* **45** non] *add.* in *O* ullo] illo *Bac.* paene] *add.* solum *O* **45sq.** oblitus sum *tr.O* **46** ita nec *EHMOSac.W* ego *Bac.EFac.HLac.MNac.OSac.W* est] *add.* a *Asl.mp.* gratae **a** **47** totiens] toties **m**, totis *Apc.mp.* **51** quod *P* ullo milite *tr.HO* a *om.EHMac.Sac.* **52** elisaei *BN* **rm** degerere **d** aetatem *K* **53** non *om.***r** **54** offunderetur **aerm**, eff- *cett.* **d** **55** christi sunt dona *tr.F* **56** captiuus *L* aries **a** siriorum **d**

tem Acholius precibus suis fecit, ut de partibus Macedoniae victores fugaret. Nonne et hoc intellegimus virtutis superioris fuisse, ut ubi miles nullus aderat, illic pellerentur sine milite? Nonne et hoc caecitatis est, ut fugerent quos nullus urgebat? Sed urgebat et proeliabatur sanctus Acholius, non gladiis sed orationibus, non telis sed meritis. **7.** An incognitum nobis est dimicare sanctos, etiam cum ferientur? Nonne otiosus erat Helisaeus? Otiosus scilicet corpore, sed vibrabat spiritu et orationibus proeliabatur, quando in castris Syriae vox equitum et vox virtutis magnae audiebatur, adeo ut putarent Syri aliorum regum adversus se venire exercitus, qui populo Israhel adiumento forent. Unde perculsi magno fugerunt pavore, ita ut leprosi quattuor, qui mortis egressi fuerant desiderio, castra hostium depraedarentur. Nonne in Macedonia similia dominus per orationes sancti Acholi fecit mira aut prope maiora? Non enim inani metu nec superflua suspicione, sed saeviente lue et ardenti pestilentia perturbati Gothi ac territi sunt. Denique tunc fugerunt ut evaderent, regressi postea pacem rogarunt ut viverent.

8. Vidimus itaque in tanti viri meritis superiora saecula et opera prophetarum quae legebamus aspeximus. Quasi

---

64–71 *cf.* 4Reg. 7,6-8

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

57 patribus *M* **58sq.** fuisse superioris *tr.O* **59** ibi *B* illinc *P* **60** militiae *L* quod **d** **63** feriantur *LP* **m**, -iuntur *Apc.Npc.* **d** **67** putarent] *add.* sibi *O* aduersum *O* **68** perculso *Nac.* **69** fugerent *Bac.*, fuerunt *Eac.KO* **70** fuerunt *N* **71** dominus] d. (= dominus) *Fac.*, deus *Fpc.* orationem *OW* **72** acholii *ABpc.EFHKLMNOSW* **adrm** miracula **r** maiora prope *tr.O* **73** suspectione *P* **75** fugierunt *M* **d** rogauerunt *L* **m** **76** uenirent *O* **77** uidemus *Bpc.M*, uideat *Bac.* **78** *ante* aspeximus *interp.AK* **d**

Helisaeus inter arma inter acies, dum vixit, versatus est meritis suis componens proelia. Denique ubi securitas cohabitantibus reddita est, quod ipso fuit durius bello, sanctum exhalavit spiritum. Quasi Helias usque ad caelum elevatus est, non curru quidem igneo nec equis igneis, nisi forte illa non vidimus, nec in commotione aeris, sed in voluntate et placiditate dei nostri et sanctorum angelorum laetitia, qui ad se tantum virum transisse gratulabantur. **9.** Certe dubitare illa nequaquam possumus, quandoquidem reliqua congruerunt. Siquidem eodem momento, quo ille adhuc elevabatur, velut quodam melotidis suae dimisso amictu sanctum Anysium, discipulum suum, induit et sui vestivit infulis sacerdotii, cuius meritum et gratiam non nunc primum audio nec in vestris epistulis didici, sed in vestris litteris recognovi. Nam quasi praescius successurum sibi, etsi promissis tegebat, tamen iudiciis designabat, adiutum se eius cura labore officio memorans, ut iam declarare consortem videretur, qui non quasi novus ad summum sacerdotium veniret, sed quasi vetus sacerdotii exsecutor accederet. Cui pulchre convenit dictum illud evangelicum: *Euge bone serve et fidelis, quoniam super pauca fidelis fuisti, super multa te constituam.*

---

79 Helisaeus inter arma] *cf.* 4Reg. 6,8sqq. **82–84** *cf.* 4Reg.2,11 **89** melotidis] *cf.* 4Reg. 2,13 (μηλωτήν LXX) **98** *Mt. 25,23

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

79 helisaeum *Apc.* armas *M* **81** durus *B* **82** spiritum] *add.* et **aerm** **83** non] *add.* in *O* currum *Aar.* ni *N* **84** commotionem **d** **85** et] in *O* quia *O* **86** transisse] *om.Nac.*, transire *Npc.* **88** eo *P* quod *Bar.* **89** quoddam *F* melotis *Ppc.* demisso **r** amictus *Bar.* **90** sui *BFKLPS* **aerm**, suis *cett.* **d** **93** praesciuis *A* **94** tegebat *om.O*, -bant *Bac.* indiciis *OWpc.* **aerm** se] si *BEFac.Oac.Wac.* **98** illum *Aar.K*, illu *Apr.* serue bone *tr.EHLMNW* **99** fuisti fidelis *tr.FMN* **d** super *alt.*] supra *AKMOP* **ad** te *om.Nac.*

10. Haec mihi de sancto Acholio vobiscum communia. Illud tamen speciale, quo devinctus sum beatae memoriae viro, qui tribuit mihi ut eum non ignorarem. Nam cum eo veniente ad Italiam aegritudine confectus tenerer, ut non possem occurrere, ipse ad me venit et visitavit. Quo studio, quo affectu ipse in me et ego in eum irruimus! Quo gemitu mala istius saeculi et ea quae hic acciderent deploravimus, ita ut lacrimarum profluvio vestem infunderemus, dum salutatione exoptatissima, mutuo desiderio et expetito diu fruimur, adhaeremus amplexu! Itaque quod voti mei erat, illius beneficii fuit, quia potui illum videre. Nam etsi maior portio et plenior cognitio sit in spiritu quos diligimus, tamen etiam in figura corporis videre desideramus. Sic aliquando reges terrae quaerebant faciem Salomonis videre et audire eius sapientiam.

11. Discessit igitur a nobis et nos in hoc reliquit salo. Sed quod illi utile, id multis ipso barbarico furore est gravius, quia illum iste depellebat, hunc nobis quis poterit repraesentare? Sed repraesentat dominus et se ipsum in

---

104 ad Italiam] *sc. in itinere quodam ante concilium Romanum a.382 facto, cf.* Theodor. 5,9,1 **114sq.** reges – sapientiam] *cf.* 3Reg. 10,24

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

102 quod *Bpc.FKMN* **d** euinctus *Mac.* sum *om.* **d** **103** quia *N* ignorem *Aac.K*, ignorabam *O* **104** teneret *Fac.* ut] *add.* ei *Amp.* **d** **105** occurre *Aac.* venit et] ueniet *Eac.* **106** in eum *om.K* quo *alt.* – **107** deploravimus *om.Eac., add.mg.mp.* gemitum *Aar.* **107** ea] eam *Aar.*, mala *OW* hinc *EHS* acciderint *EHSac.*, -rant *Apc.* **d**, accederent *Nac.* **108** funderemus *FLP* **109** et *om.FLNac.P* expetito *om.P* **110** amplexum *Ear.* voti mei erat] uenerat (ue. *Bac.*) *B* **111** illis *Bac.* potuit *War.* **112** in spiritu] ipsum *M*, *add.* uidere **aer** quos] quo *EMOW* **m** **113** desideramus – **114** videre *om.O* **116** reliqui *Eac.* salo] salomon *B* **117** quo *A* **d** illi] magis *Asr.mp.* **d** **119** repraesentare] sed representare domini *B* sed – **120** repraesentat *om.Aac.Kac.* ipse *P* **m**

discipulo repraesentat. Repraesentant iudicia vestra, quibus dictum est: *Date Levi manifestos eius et veritatem suam viro sancto.* Dedistis manifestum eius, utpote eius institutione fundatum, dedistis imitatorem viri eius, *qui dixit patri suo et matri suae: Non vidi te, et fratres suos non scivit et filios non recognovit, custodivit verbum* domini *et testamentum eius observavit. Narrabunt* populi *iustitiam eius.*

12. Talis viri vita, talis hereditas est, talis conversatio, talis successio. Ille se monasteriis puer dedit et intra Achaiam angusto clusus tugurio gratia tamen multarum terrarum peragravit divortia. Ad summum sacerdotium a Macedonicis obsecratus populis, electus a sacerdotibus, ut ubi ante fides per sacerdotem claudebatur, ibi postea per sacerdotem muralia fundamenta fidei confirmarentur. **13.** Non alias etiam eius discipulus imitatione, qui et ipse *dixit patri suo et matri suae: Non vidi te.* Non vidit enim studio, non vidit affectu. *Et fratres suos non scivit,* quia dominum scire desideravit. Et hic *recognovit verbum* domini et custodit *testamentum eius* et imponit honorem in ara eius semper.

---

121 *Deut. 33,8 **123–126** *Deut. 33,9sq. **132** per sacerdotem] *sc. decessorem Acholi* claudebatur] *cf.* ThlL III 1311,10ff. **134–138** *Deut. 33,9sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

120 repraesentat *del.B* **121** *post* suam *interp.***ae** **122** uiros sanctos *O*, uirum sanctum *Wpc.*, uiro sanctos *M* dedisti *Eac. (item l.123)* ut pute *Eac.KMN*, ut putes *Aar.B*, uel pote *Bmp.* eius *alt. om.L* **123** uiro *F* qui] *add.* enim *Asl.mp.* **d** **124** matris *M* **125** recognovit] *add.* et **r** **126** narribitur populis iustitia *O* **127** est] eius *AO* **128** dedidit *EHMS* **aer** **128sq.** inter achagiam *O* **129** clausus *OP* **rm** terrarum *om.BO* **130** diuortiam *Bac.* macedonis *M* **132** claudebat *BFL*, *del.B* per] post *L* **134** alias] aliter **aer**, alia **m**, alius *Asr.* **d** etiam] et enim *P* discipulis *S* patris *Bar.* **135** matris *EM* uidete *Eac.* **136** affectum *Bar.* deum *AK* **ade** **137** custodiuit *BHNar.OS edd.*, custodiet *M* **138** imponet *Bac.FLP* **m** eius] *add.* et *L*

14. *Benedic, domine,* fidem *eius,* sanctitatem, sedulitatem. Benedictio tua veniat *super caput* eius *et super verticem* ipsius. Sit honorificus *inter fratres suos.* Sit in eo *tauri* species, ut ventilet corda inimicorum et sanctorum mentes demulceat et iudicium sacerdotum tuorum in eo sicut lilium floreat.

Valete, fratres, et diligite me, quia ego vos diligo.

LII (*Maur.16*)

Ambrosius episcopus Anysio fratri

1. Iam dudum te teneo, etsi nunc primo lego, meritisque compertum habeo quem oculis non videram. Doleo quidem illud accidisse, sed hoc successisse gaudeo, quia licet superstite me non optaverim illud contingere, speravi tamen post illius sancti viri exitum hoc solum posse merito succedere. Tenemus ergo te, sanctae memoriae Acholi dudum discipulum, nunc successorem heredemque eius vel honoris vel gratiae.

139–142 *cf.* Deut. 33,11.16.17

1 *Scripta a.382/383 et simul cum epistula praecedente missa* **2** Anysio] *successori Acholi, cf.* ep. 51

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

140 uenit *Eac.MOW* caput *om.Eac.* verticem] cervicem **m**, *add.* eius *S* **142** inimicorum] *add.* suorum **m** **143** et *om.B* **145** diligo] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 LII *Apr.Wpc.*, LIII *Aar.BEFLMN* **d**, LVIIII *O*, LXII *P*, LX **a**, XXIII **r**, *om.HKS* **2** episcopus *om.OP* fratri] *om.P, add.* .s. **d** **3** te *om.BFLNPWac.* **m** primum *OP* **aerm** **5** superstitem *FLP* **6** obtaueram *F* **7** exitum] *add.* in *B* **8** te *om.B* Acholi *Bac.*, -ii *cett. edd.*

Magnum meritum, frater; gaudeo tibi ne uno quidem momento de successore tanti dubitatum viri. Et magnum onus, frater, tanti nominis pondus subisse, tantae librae tantique examinis. Quaeritur in te Acholius, et sicut erat in affectu tuo, ita in officiis desideratur illius virtutis, illius disciplinae effigies, illius fortitudo animi in tam senili corpore.

2. Vidi, fateor, virum; nam et hoc meritis illius debeo quod illum viderim. Vidi ita illum esse in corpore ut extra corpus putarem. Vidi imaginem illius qui se *sive in corpore sive extra corpus* nesciens *raptum ad paradisum* viderat. Ita enim percurrebat omnia excursu frequenti, Constantinopolim, Achaiam, Epiros, Italiam, ut iuniores eum non possent consequi. Cedebant fortiores corpore, quia eum sine impedimento esse corporis noverant, ut eo tantum pro velamine uteretur, non pro officio, certe ad servitium, non ad subsidium. Ita enim affecerat corpus suum, ut in eo mundum crucifigeret et mundo semetipsum.

3. Benedictus dominus et benedicta adulescentia eius, quam exegit in tabernaculis dei Iacob, positus in monasteriis, in quibus cum quaereretur a parentibus vel proximis, dicebat: *Qui sunt fratres mei* aut *quae mater mea?* Non novi patrem vel matrem vel fratres, nisi eos *qui audiunt verbum*

20sq. 2Cor. 12,3sq. **27sq.**mundum – semetipsum] *cf.* Gal. 6,14 **30** tabernaculis dei Iacob] *cf.* Ps. 131,5 **32** *Mt. 12,48 **33** *Luc. 8,21

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

13 honus *BEKMSW* **14** tanti *O* **15** effectu *W* **16** senile *Aac.* **19** illum ita *tr.KOW*, ita *om.Mac.* **20** putarem – **21** corpus *om.B* **21** sive] ut *Kac.* ad] in *O* uiderit *Bpc.*, uixerat *Mac.* **23** Epirum **aerm** eum iuniores *tr.P* **25** corporis esse *tr.P* **26** uterentur **d** **31** proximis uel parentibus *tr.P* **32** nouit *F* **33** nisi eos *correxi*, meos si *Aac.BEKM Nac.PW*, nisi *F*, meos sed *cett.* **d**, meos nisi **m**, meos sed eos **aer**

dei et faciunt. Benedictus processus etiam iuventutis ipsius, in qua ad summum electus est sacerdotium maturo iam probatus virtutum stipendio. Venit enim tamquam David ad pacem populi reformandam. Venit tamquam illa navis, aurum secum intellegibile vehens et ligna cedrina et lapides pretiosos et illas *columbae pennas deargentatas*, quibus *inter medias sortes* somno pacis et tranquillitatis sopore dormivit.

4. Est enim sanctorum etiam somnus operarius secundum quod scriptum est: *Ego dormio et cor meum vigilat*, et secundum quod Iacob sanctus divina dormiens videbat mysteria quae vigilans non viderat: de caelo ad terras aerem pervium sanctis, respicientem dominum et pollicentem terrae eius possessionem. Itaque brevi somno dormiens impetravit, quod magno labore postea acquisivit hereditas eius. Est enim somnus sanctorum feriatus ab omnibus corporis voluptatibus, ab omni animi perturbatione, tranquillitatem menti invehens, placiditatem animae, ut tamquam soluta nexu corporis se ablevet et Christo adhaereat.

5. Hic est somnus vita sanctorum, quam vivebat sanctus Acholius, cuius benedicta etiam senectus ipsa est: Vere senectus illa venerabilis, quae non canis, sed meritis albe-

---

36sq. *cf.* 2Reg. 5,3 **37sq.** *cf.* 2Par. 9,21; 3Reg. 10,22 **39sq.** *Ps. 67,14 **42** Cant. 5,2 **43–46** *cf.* Gen. 28,12-14 **51** Christo adhaereat] *cf.* 1Cor. 6,17 **54** senectus – canis] *cf.* Sap. 4,8

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

34 etiam processus *tr.* **erm** iuuentatis *Bac.EMSWac.* **35** sacerdotum *N* **37** illa navis *om.B* **39** et] ut **aer** illa columba **r** pennas] pinnas *ABac.Eac.K*, *add.* habens **r** **39sq.** medias inter *tr.* **erm** **41** etiam *om.Aac.K* somnos *Bac.* **43** sanctus *om.B* dormiens diuina *tr.B* **44** non *om.Aac.K* **45** sanctum *O*, sanctus *Eac.m1HNac.SW* **47** *post* acquisivit *interp.AEHKMNOSW* **ade** eius *om.OSac.* *post* eius *interp.Bpc.FLP* **49** tranquillitati *EMOW* **50** mentis *O* ut *om.AK* **ade** **51** alleuet *P* **52** quam] qua *Apc.* **d**, quem *Aac.K* **53** Ipsa est uere *ABKLNP* **dm** **54** carnis *Bac.*

scit. Ea est enim reverenda canities, quae est canities animae in canis cogitationibus et operibus effulgens. Quae est enim verae *aetas senectutis* nisi *vita immaculata*, quae non diebus aut mensibus sed saeculis propagatur, cuius sine fine est diuturnitas, sine debilitate longaevitas? Quo enim diuturnior, eo fortior; et quod diutius eam vitam vixerit, in *virum perfectum* excrescit.

6. Huius igitur successorem te dominus non solum honore, sed etiam moribus probet et summa fundare dignetur gratia, ut ad te quoque populi concurrant, de quibus dicas: *Qui sunt isti qui sicut nebulae volant et sicut columbae cum pullis suis?* Veniant quoque sicut *naves Tharsis*, quae accipiant frumentum quod Salomon verus impertivit, viginti mensuras tritici. Accipiant oleum et *sapientiam Salomonis*, et sit pax inter te et populum, et *testamentum pacis* custodias.

Vale, frater, et dilige nos, quia nos te diligimus.

---

57 Sap. 4,9 **61** Eph. 4,13; *cf.* ep. 31,166; Ioseph 10,58 (*p. 110,7*) **65** *Is. 60,8 **66** naves Tharsis] *Is. 60,9; *cf.* 3Reg. 5,11; 10,22 **66–68** *cf.* 3Reg. 5,11sq. **68** 2Par. 9,3 **69** Sir. 45,30

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

55 ueneranda *O* quae est canities *om.Wac.* **57** enim *om.F* uere *AFLOSW edd.* uitam maculata *Eac.Mac.*, uitam imma- *Mpc.* **59** quo] quod *Fac.L*, quae *S* **60** et quod *Bar.EFLMNac.Spc.W*, et qui *O*, eo quod *AHKSac.* **ade**, et quo *Bpr.Npc.P* **rm** vixerit] -rint *FLP, add.* eo fortius **rm** **62** honorem *Nac.* **63** fundaret *K* **63sq.** gratia dignetur *tr.AK* **d** **64** quoque *om.O* dicant *Lac.* **65** nebulae] nubae *K* volant – columbae *om.Mac.* **67** uerus salomon *tr.O*, salomon solus *B*, salomon uelut *W* impartiuit **ade** **68** et – **69** populum *om.Eac.* **71** nos dilige *tr.N* quia] *add.* et **m** te nos *tr.B* diligimus] *add.* contuli *FL*, expl(icit) *O*

LIII (*Maur.91*)

Ambrosius Candidiano Fratri

Summus quidem splendor in sermone est tuo, sed magis in affectu elucet mihi; nam in epistulis mentis tuae aspicio fulgorem, dilectissime frater ac beatissime. Dominus te benedicat et det tibi sui gratiam. Nam et ipse in epistulis tuis vota magis quam mea merita recognosco. Quae enim merita mea tantis tuis aequentur sermonibus?

Dilige nos, frater, quia ego te diligo.

---

2 Candidiano] *verisim. eidem ac episcopo, qui a Siricio papa cum litteris ad Anysium episcopum Thessalonicensem missus in itinere mortuus est, cf.* Sir. ep. 4 (*PL 13,1148sq.*)

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

1 LIII *Apr.Wpc.*, LIIII *Aar.BEFLN* **d**, LX *O*, LXIII *P*, LXI **a**, LXXI **r**, *om.HKMS* **2** candediano *K* fratri] *om.P, add.* .S. **d** **3** tuo est *tr.K*, es tuo *Npc.* **4** effectu *H* mihi elucet *tr.O* nam] *add.* et *O* tuae *om.S* **6** dat *Lac.* suam *FLO* **rm** **7** mea] in ea *A* **8** tanti *A* tuis aequentur] tui sequentur *Aac.EH*, tuis aequantur *L*, tui equentur *Apc.* **d**, tuis sequentur *MW* **9** quia] *add.* et *BEFHLMNOPSW* nos te diligimus **aerm** diligo] *add.* contuli *BFL, add.* Explicit liber VII (septimus *S*) *ABEKLMNSW*, expl(icit) *O*

LIBER OCTAVUS

LIIII (*Maur.64*)

Ambrosius Irenaeo

1. Quaeris a me, cur dominus deus manna pluerit populo patrum et nunc non pluat. Si cognoscis pluit et cottidie pluit de caelo manna servientibus sibi. Et corporeum quidem illud manna hodie plerisque in locis invenitur, sed nunc non est tanti res miraculi, quia venit *quod perfectum est.* Perfectum autem *panis de caelo* corpus ex virgine, de quo satis evangelium te docet: quanto praestantiora haec superioribus! Illud enim *manna*, hoc est panem illum *qui manducaverunt mortui sunt, hunc* autem *panem* qui *manducaverit vivet in aeternum.*

2. Sed est spiritale manna, hoc est pluvia spiritalis sapientiae, quae ingeniosis et quaerentibus de caelo infunditur et irrorat mentes piorum et obdulcat fauces eorum. Qui

---

4 *cf.* Ex. 16,14sq. **4–13** *cf.* Orig. Hom. in Ex. 7,5 (*ed. Bährens p.211,16–22*) **5** cottidie] *cf.* Sacr. 5,4,24-26 **6** corporeum – **10** docet] *cf.* Decr. Gratian. 3 De consecr., dist. II, consecr.cap. 91 **8** 1Cor. 13,10 **9** Ioh. 6,50 *al.* **11** *cf.* Myst. 8,44sqq.; Sacr. 4,5,24 **11sq.** Ioh. 6,49–51.58 **14–26** *cf.* Philon. fug. et inv. (25) 137–139; ep. 55,38–54

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

1 Incipit (*om.* **ae**) liber VIII (octavus *S* **ade**) *ABEKLMNSW* **ade**, *om.FHOP* **rm** **2** LIIII *AWpc.*, LV *BEFLMN* **d**, XVIIII *OP*, LXII **ae**, *om.HKS* **3** Irenaeo] *add.* salutem *B* **dm** **5** nunc] modo *O* cognosces *Bac.*, -as *O* **6** quidem *om.Mac. Grat.* **7** illud *om.O* hodie – **8** non] nunc *Grat.* **8** non *om.K* res tanti *tr.W* **12sq.** hunc – vivet *om.Wac.* **13** uiuit *Bac.Eac.* **15** sapientia *B* ingeniose *(om.* et) *O* **16** irrorat] rorat *EHMac.SW*, irrogat *O* dulcat *EMac.W*

igitur intellexerit infusionem divinae sapientiae, delectatur nec alium cibum requirit nec *in solo pane vivit, sed in omni verbo dei*. Qui curiosior fuerit, quaerit, quid sit istud quod melle dulcius sit. Respondet illi minister dei: *Hic est panis quem dedit* tibi *deus manducare*. Qui sit iste panis audi: *Sermo*, inquit, *quem ordinavit deus*. Haec ergo ordinatio dei, haec alimonia alit animam sapientis et illuminat atque obdulcat resplendens veritatis corusco et mulcens tamquam favo quodam ita diversarum virtutum suavitate et sermone sapientiae. *Favi* enim *mellis sermones sunt boni*, sicut scriptum est in Proverbiis.

3. Cur autem *minutum* sit, causam accipe: Quia et granum sinapis minutum est, quod comparatur regno caelorum. Et fides quae *sicut granum* est *sinapis* potest montes tollere et iactare in mare. Et *fermento simile est regnum caelorum, quod abscondit mulier in farina mensuris tribus, donec fermentetur totum*. Et Moyses caput vituli aurei comminuit sicut pulverem et misit in aquam et dedit populo bibere – *incrassatum* enim erat *cor* eorum perfidiae immanitate –, ut emolliretur et fidei sumeret subtilitatem. Denique

---

18 Mt. 4,4; Deut. 8,3 **19sq.** *cf.* Ex. 16,15 **20** melle dulcius] *cf.* Ex. 16,31; Philon. 138 **20sq.** Ex.16,15 **22** *Ex.16,16 **26** *Prov. 16,24 **28** Ex. 16,14 **28sq.** granum sinapis] *cf.* Luc.13,19 **30** Luc. 17,6 **31–33** *Luc. 13,21 *et* Mt. 13,33; *cf.* In Luc. 7,188 **33sq.** *cf.* Ex. 32,20; ep. 48,46sq. **35** Ps. 118,70; Is. 6,10; Mt. 13,15; Act. 28,27 *al.*

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

18 requiret *ABac.Eac.FHKLNS* **ad** nec] non *AK* **d** in *pr. om.Eac.* vivit] *add.* homo *Bar.* **19** istud] illud **d** **20** respondit *BEFLMNPSW* ille *AK* **d** **21** tibi] vobis **r** qui] quis *HP*, quid *B* **rm** **22** verbum ... quod **r** **24** ueritati *Bac.* **25** ita *om.O* **aer** **26** sapientiae] conscientiae *L* sermone *E* **27** Proverbiis] *add.* Ecce super superficiem deserti minutum ut coriandrum **r** **29** quod] cui **r** regnum **r** **32** farinae *OP* **aerm** **33** fermentaretur *Bac.OP* moses *N* **34** et – aquam *om.Oac.* **36** sumeret *om.Oac., add. post* subtilitatem

illa *mulier* quae bene emoluerit, *assumetur*, ea autem quae male emoluerit, *derelinquetur*.

4. Emole ergo et tu fidem tuam, ut sis sicut illa anima quae Christi in se caritatem excitat, quam mirantur ascendentem virtutes caelorum, quod sine offensione ascendat et ex hoc mundo ascendat cum laetitia et iucunditate *sicut vitis propago* et sicut fumus se ad superna subrigat flagrans odorem resurrectionis piae et suavitatem fidei, sicut habes scriptum: *Quae est haec quae ascendit a deserto sicut vitis propago fumo incensa, odorificata murra et ture ab omnibus pulveribus unguenti?* **5.** Pulchre subtilitatem eius expressit pulveris comparatione et unguenti commemoratione, quia in Exodo subtile legimus ex multis compositum *thymiama* illud esse incensum propheticum, quod est sanctorum oratio, ut *dirigatur in conspectu* domini, sicut et David dicit: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Denique Graecus: Κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου dixit. Et in Apocalypsi Iohannis legimus quia *stetit ange-*

37sq. *Mt. 24,41 **40** caritatem excitat] *cf.* *Cant. 2,7 **40–47** *Cant. 3,6; *cf.* Isaac 44 **49sq.** *cf.* Ex. 30,34-36 **50sq.** sanctorum – domini] *cf.* Apoc. 5,8 **51–53** *Ps. 140,2 **54–58** *Apoc. 8,3sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

37 moluerit *O* adsumitur *BL* **38** mala *Nac.*, -ae *Npc.* emoluerit *AFar.KN edd.*, moluerit *cett.* relinquetur *O* **39** ergo] autem *AK* **d** **40** ascendentes *EHMSW* **42** et *om.B* **43** flagrans] fraglans *HOP*, fragrans *S* **aer**, flagrat *AK* **d**, flagras *Nac.* **44** et *om.B* **46** incensa] incensi *P Faller*, -so *Fac.L* **r** murra *BKar.(?)N*, myrra *AFHLO*, mirra *Bpc. EKpr.MPSW* **d**, mirrha **am**, myrrha **er**, *cf.* Isaac 5,44 (*p. 669,11*) turae *Bac.FN*, thure *HLOPSW* **adem** ab] et *Fpc.* **47** pulueris *Fac.m1* unguenti – **48** pulveris *om.HO* **48** unguentis *A*, et unguentis **d** **49** subtile – compositum] legimus compositum subtile **r** ex *AK* **d**, et ex *cett.* **aem** thyma *Eac.* **50** esse] vero est **r** **52** denique – **54** dixit *om.O* **53sq.** *textum graecum recte* **erm**, *aliquo modo corruptum* **ad**, *variis modis valde corruptum codices praebent* **54** iohannes *Bac.*

lus ante altare habens turibulum aureum et data sunt ei thymiamata multa de orationibus sanctorum omnium. Et ascendit, inquit, *fumus thymiamatum orationibus sanctorum de manu angeli in conspectu dei.* **6.** Et *umbilicus* animae ac *venter* subtilis est illius, quae ascendit ad Christum, ideoque laudatur voce sponsi dicentis: *Umbilicus tuus crater tornatilis non deficiens mixto, venter tuus acervus tritici muniti inter lilia.* Est enim in omni doctrina tornatus et potus spiritalis *non deficiens* plenitudine et caelestium secretorum cognitione. *Venter* quoque animae mysticus sicut *umbilicus*; quo ventre non solum fortem cibum sumit, quo corda firmantur, sed etiam suavem ac florulentum, quo delectantur. Et fortasse hoc docuit Moyses: multis orationibus et piis illud mitigandum sacrilegium.

7. In libro quoque Regnorum, cum se dominus sancto revelaret Heliae, *vox aurae tenuis* praecessit et statim se ei dominus revelavit, ut cognoscamus ea quae corporea sunt crassa esse et pinguia, ea quae spiritalia mollia et subtilia, ut non possint comprehendi oculis. Denique et spiritus

---

58–64 *Cant. 7,2 (3) **65** fortem cibum] *cf.* Hebr.5,14 **67** *cf.* Ex. 32,20 **69–71** *3Reg. 19,12sq. **72–73** *cf.* Orig. Hom. in Ex. 7,5 (*p. 211,24–212,6*)

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

55 ante] iuxta *O* turabulum *Bac.*, thuri- *EHOW* **adrm** aureum] *add.* in manu sua *O* et – **55** sanctorum *om.P* date *A* ei *AKNO edd.*, illi *cett.* thymiama *Bac.* **56** omnium sanctorum *tr.L* omnium *om.O* **57** fumus inquit *tr.AKN* **ade** timiatum *L*, *add.* de *OP* orationum *EHMWS edd.* **58** domini *L* **59** subtili *Eac.* illius *om.Bac.* laudatur] lauda *Fac.*, audiatur *EHMSW*, audiat *O* **60** umbiculus *B* tornatus *O* **61** misto *AHS* **d**, musto *Epc.* **ae** tuus] eius *H* muniti *O* **r**, minuti (munu- *F*) *cett.*, *sed cf. inst.virg. 15,94* **62** est] et *O* et] est *O* **63** plenitudinem *Ear.* et] ac *O* **64** quo ventre *om.O* uentrem *EMWac.* **65** cibum fortem *tr.N* **66** suavem *FHS* **aerm**, suaue *cett.* **d** quod *Bac.* **67** illud *om.F* mitigando *O* **70** Eliae **rm** vox] nox *Mac.* aure **d** **72** pingua *F* ea] et *HS* **aer**, *add.* uero *O* **73** oculis comprehendi *tr.O* et *om.O*

sapientiae *subtilis* et *mobilis* legitur in libro Sapientiae, quia est in illa *spiritus intellegentiae sanctus, unicus, multiplex, subtilis, mobilis*, qui sermones suos molat prius, ne quid offendat vel in sensu vel in alloquio. Denique illi Babyloni, cum destruetur, dicetur: *Et vox molae non audietur in te amplius.*

8. Hoc igitur manna subtile erat et ad diem colligebatur, in diem alterum non servabatur, eo quod inventa sapientiae in tempore sint gratiora, nec tam miranda quae spatio temporis reperiuntur, quam illa quae praesentis funduntur ingenii vivacitate, sive quia futura revelantur mysteria, eo quod servatum manna usque ad solis exortum esui iam esse non posset, id est usque ad Christi adventum habere gratiam, oriente autem iustitiae sole et splendidioribus Christi corporis et sanguinis sacramentis refulgentibus cessarent inferiora, perfecta illa sumenda populo forent.

Vale et nos dilige, quia nos quoque te diligimus.

74–76 Sap. 7,22 **78** Apoc. 18,22 **80sq.** *cf.* Ex. 16,19 **87** iustitiae sole] *cf.* Mal. 4,2

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

74 qui *A* **d** **76** subtilis] *add.* et *HS edd.* mobilis] *add.* legitur *HS* **d** **77** in sensu] incensu *Eac.HS*, incessu *Epc.M* eloquio *O* illud *O*, ille *Bpc.* Babyloni illi *tr.* **erm** **77sq.** babylonicum (*om.* cum) *AB Eac.KMO* **78** cum] quae **r** destrueretur *AK* dicetur] -itur *AKWpc.* **ader**, *om.O* **80sq.** colligebatur in diem *om.O* **81** alteram *O* sapientia *AK* **83** reperiuntur temporis *tr.O* **84** uiuacitate funduntur ingenii *tr.O* **86** esse *om.Nac.* potest *B* **88** et] ac *O* sacramentis sanguinis *tr.N* **89** inferiora] *add.* et *OWsl.* **r** illa *om.O* **90** diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

LV (*Maur.8*)

Ambrosius Iusto

1. Negant plerique nostros secundum artem scripsisse. Nec nos obnitimur; non enim secundum artem scripserunt, sed secundum gratiam quae super omnem artem est. Scripserunt enim quae spiritus his loqui dabat. Sed tamen hi qui de arte scripserunt, de eorum scriptis artem invenerunt et condiderunt commenta artis et magisteria.

2. Denique in arte requiruntur praecipue, ut sit αἴτιον, ὕλη, ἀποτέλεσμα. Cum igitur legamus sanctum Isaac patri dicere: *Ecce ignis et ligna, ubi hostia?*, quid horum deest? Nam qui quaerit dubitat, qui respondet quaerenti pronuntiat et dubitationem absolvit. *Ecce ignis*, id est αἴτιον, *et ligna*, id est ὕλη, quae latine materia dicitur; tertium quid superest nisi ἀποτέλεσμα? Quod filius quaesivit, pater rettu-

---

2 Iusto] *sc. episcopo Lugdunensi, qui legatus Gallorum concilio Aquileiensi a.381 interfuit; ei et prima totius collectionis epistula inscripta est.* **6** spiritus – dabat] *cf.* Act. 2,4 **9–17** *cf.* Philon. fug.et inv. (24) 132-133 **11.13.16** *Gen. 22,7

ABEF[H]KLMNPSWG$_1$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

1 LV *Apr.Wpc.*, LVI *Aar.BEFKLM*, XII *P*, LXIII **a**, X **r**, *om.HNSG$_1$* **2** Ambrosius episcopus **r** Iusto] *add.* salutem **d** **5** gratiam *om.Nac.* **6** iis **aerm** hii *AFpc.KP*, ii **aerm** **7** artem *Bpc.HSG$_1$* **aerm**, *om.K*, autem *cett.* **d** **9** sint G_1 **9sqq.** *verba graeca recte* **aerm** *et corrupta* **d** *praebent* αἴτιον] AITION *N*, AETION *FLPsl.*, AATION *B*, AETON *EHMSWG$_1$*, ANION *K*, ARION *A*, AETYѠN *P*, lision *Wsl.* **10** ὕλη] ULH *AFKL*, ULη *BEHMSWG$_1$*, YΛE *NP*, ile *Fsl.Psl.*, yle *Wsl.* ἀποτέλεσμα] *recte litt.maiusc. FLN*, ATTOT- *EHMSWG$_1$*, ANO- *AK*, AΠΩΘΗΛΗCMA *P*, *corrupt. B* **11** ubi] *add.* est *N* **12** respondit *BELMNSac.WG$_1$* **13** soluit *EHMSWG$_1$* αἴτιον] AITION *BEFLMNW*, AICION *G$_1$*, ANION *AKS*, AMON *H*, AETYON *P*, lision *Wsl.* **14** YΛH *P*, hyle *HS*, yle *cett.* dicitur materia *tr.G$_1$* **15** ἀποτέλεσμα **arm**, AΠOTEΛECMA *P*, *litt.lat. cett.* **d** (*item l.30*) rettulit **ae**, retulit *cett.*

lit: dicenti *ubi hostia? Deus*, inquit, *providebit in sacrificium, fili.*

3. Differamus paulisper mysterium! Ostendit deus *pendentem arietem cornibus.* Aries autem est verbum plenum tranquillitatis et moderationis atque patientiae. Quo ostenditur bonum sacrificium esse sapientiam et prudenter emerendi ac propitiandi rationem cognoscere. Unde et propheta ait: *Sacrificate sacrificium iustitiae.* Itaque iustitiae ita ut sapientiae sacrificium est.

4. Ecce ergo mens calida et fervens ut ignis, quae operatur. Ecce et intellegibilia, id est materia. Ubi est tertium: intellegere? Ecce color, ubi est videre? Ecce sensibilia, ubi est sentire? Materia enim non ab omnibus videtur ideoque deus dat munus intellegendi et sentiendi et videndi.

5. Verbum ergo dei ἀποτέλεσμα est, id est definitio et consummatio disputationis, quod infunditur prudentioribus et dubia confirmat. Pulchre autem etiam hi, qui in adventum Christi non crediderunt, se ipsos revincunt, ut confiteantur quod negandum putant; dicunt enim arietem verbum dei et non credunt passionis mysterium, cum in illo mysterio verbum dei sit, in quo impletum est sacrificium.

---

16 Gen. 22,7 *Gen. 22,8; *cf.* Abr. 1,74 **18sq.** *Gen. 22,13 **18–22** *cf.* Philon. (24) 135sq. **23** Ps. 4,6 **25–29** *cf.* Philon. (24) 134sq. **34** dicunt – verbum] *cf.* Philon. 135

ABEF[H]KLMNPSWG$_1$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

16 ubi] *add.* est *LN* in] sibi *Bpc.P* **m**, *om.AHKS* **ade** **18** disseramus **r** paulisper] *add.* per *K* **18sq.** arietem pendentem *tr.P* **m** **21** sacrificium – et] esse sacrificium iustitiae esse sapientiam **r** esse] iustitiae esse *HS*, iustitiae etiam **ae** sapientiam] pati- *FLP* emerenda *K* **23** sacrificium] sacrificare *L*, *add.* iustum *K* ita ut] ut G_1, itaque (*et* iustitia) *Bpc.* **24** sapientia *B* **25** ut *om.N* quae] qui G_1 **26** et *om.F* **27** ecce *pr.*] ecce visus ecce **r** est] *add.* et *HS* **d** ecce (*alt.*)] ecce sensus, ecce **r** **28** est] *add.* et **d** ominibus *Npc.* **29** videndi] uiuendi G_1, *om.Mac.* **30** ergo] enim WG_1 est] et *Bac., om.Bpc.* et *om.B* **32** hii *KLP*, ii **arem** aduentu *FLP* **33** Christi] domini *Nac.*, christi domini *Npc.* reuiscunt *B* **35** crediderunt *AK* **ade**

6. Ergo primum accendamus in nobis ignem mentis, ut operetur in nobis, quaeramus subicientis materiem, quid sit quod nutriat animam, tamquam in tenebris requiramus eam.

Neque enim vel patres sciebant, *quid esset* manna; invenerunt, inquit, manna di⟨s⟩centes ipsum esse sermonem et verbum dei, unde omnes disciplinae fonte iugi ac perpetuo fluunt ac dirivantur. **7.** Haec est esca caelestis, significatur autem ex persona dicentis: *Ecce ego pluam vobis panes de caelo.* Αἴτιον ergo, eo quod operatur deus, qui irrigat mentes rore sapientiae, ὕλη, quia videntes animae et gustantes delectantur et requirunt, unde sit illud splendidius luce, dulcius melle. Respondetur eis scripturae serie: *Hic est panis quem dedit vobis dominus manducare*, et: *Hoc est verbum* dei, *quod disposuit deus* vel ordinavit, quo pascitur anima prudentium et delectatur, quod est candidum et suave, veritatis splendore illuminans et virtutum suavitate demulcens audientium animas.

39–54 *cf.* ep. 54,14-26; Philon. 136–139 **41–44** *cf.* Ex. 16,15sq. **45** Ex. 16,4 **49–51** *Ex. 16,15sq.

ABEF[H]KLMNPSWG$_1$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

37 ascendamus *Wac.* **38** operemur *Wac.* subicientis *FNac.* **m**, -tes *AHKS* **ader**, -tem *Mac.*, subientis *BLNpc.P*, subienus *EMac.W*, sub hiemis G_1 materiam *P* **aerm**, *sed cf.* ep. 62,310; Isaac 7,60 (*p. 685,4-9*) quod *B* **40** eum *A* **d** **41** quod *W* esse *A* invenerunt – **42** discentes] invenientes vero manna didicerunt **r** **42** discentes *Faller* (*cf.* Philon. διδαχθήσονται), dicentes *codd.* **adem** sermonem et *om.* **r** **43** omnes unde *tr.G$_1$* fontes *AHKS* **d** **44** atque deriuant **rm** deriuantur *HKP* **ade** est] *add.* ergo G_1 **45** ego *om.Aac.* panem *AK* **d** **46** αἴτιον] AICION WG_1, AETYON *P*, ANION *AHKS*, lision *Wsl.*, aition *cett.* eo *om.A* **d** **47** hyle *E*, yle *cett.* **48** unde sit *om.B* splendidus *Aac.* lune *L* **49** ei *EHMSWG*$_1$ series *AK* **d** **50** manducare dominus *tr.FLP* **erm** et *om.* **d** **51** quo *om.* **d** **52** quod *om.* **ae** ueritates *Eac.* **53** suauitatem *L* **54** audientum *ABEpc.KLMW*, audentum *Eac.*

8. In se enim didicerat propheta, quid esset consummandae rei αἴτιον. Nam cum mitteretur ad populum dei liberandum ad regem Aegypti, ait: *Quis sum ego ut vadam et educam* populum a regis potestate? Respondit dominus: *Ego ero tecum.* Interrogabat iterum Moyses: *Quid dicam illis*, si requirant: Quis est dominus qui misit te, et *quod nomen est illi? Dixit dominus: Ego sum qui sum. Dices: Qui est misit me.* Hoc est verum nomen dei: esse semper. Unde et apostolus de Christo: *Dei enim filius Iesus Christus qui in vobis est, qui per nos praedicatus est, per me et Silvanum et Timotheum. Non fuit*, inquit, *est et non, sed est in illo fuit. Respondit Moyses: Si non crediderint mihi neque oboedierint vocem meam dicentes quia non paruit tibi deus, quid dicam illis?* Dedit illi signa facere, ut crederetur quia a domino missus est. Tertio *ait Moyses: Non sum dignus et gracili voce sum et tardiore lingua*; quomodo me audiet Pharao? Responsum est ei: *Vade et ego aperiam os tuum et instruam te quid debeas loqui.*

55–59 *cf.* Philon. (25) 140 **57** Ex. 3,11sq. **59–61** Ex. 3,13sq. **63–65** *2Cor. 1,19 **65–67** *Ex. 4,1 **68** *cf.* Ex. 4,2-9 **69** *Ex. 4,10 **71** *Ex. 4,12

ABEF[H]KLMNPSWG$_1$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

55 ipse *F* dixerat G_1 quod **d** **56** αἴτιον] AICION *ALW*, ACION G_1, ARUON *K*, ANION *HS*, lision *Wsl.*, aition *cett.* **59** interrogat *BEFLMNPWG*$_1$, -auit *S* iterum interrogat *tr.F* iterum] igitur G_1, *om.* **r** si *om.Aac.* **60** requiretur **d** dominus] iste *L* est nomen *tr.WG*$_1$ **61** illius *HSar.*, ullis *Mar.*, ei *A* qui *alt.*] quis *Aar.Eac.* est] *add.* qui *Bac.EM* **62** semper esse *tr.B* **63** enim *om.F* in *om.M* nobis *E* **aer** qui – **64** est *om.EHMSG*$_1$ **64** me et *om.H* **65** fuit *pr.*] *add.* in illo **ae** **66** obaudierint *Fpc.m1* **m** vocem meam *BFLac.* **m**, uoci meae *cett.* **ader** **67** paruit *Aac.EKMac.m1*, parauit *Bac.*, aparuit *Mpc.NSac.W*, apparuit *cett. edd.* **68** illa *Wac.* **69** et *alt. om.* **m** **70** tardiori **aer** linguae *A*

9. Interrogationes ergo illae in medio et responsiones habent sapientiae semina et θεωρίαν. Gratum tamen ἀποτέλεσμα est, quia ait: *Ego ero tecum.* Et quamvis dederit ei signa facere, tamen dubitanti iterum – ut scias quia signa *non credentibus,* promissum autem *credentibus* – respondit ad infirmitatem vel meriti vel voti: *Ego aperiam os tuum et instruam te quid debeas loqui.* Perfectum ergo ἀποτέλεσμα servatum est.

10. Habes hoc et in evangelio: *Petite et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis.* Pete ἀπὸ τοῦ αἰτίου, id est ab auctore, quaere: habes ὕλην, intellegibilia, quibus quaeras, pulsa et aperit tibi deus verbum. Quae petit mens est, quae operatur sicut ignis intellegibilia, in quibus mentis ardor operatur sicut ignis in lignis. Aperit verbum tibi deus, quod est ἀποτέλεσμα.

Habemus et alibi in evangelio dicente domino: *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.*

73sq. *cf.* Philon. (25) 141 **75** Ex. 3,12 **76sq.** *1Cor. 14,22 *et* *Gal. 3,22 **78** *Ex. 4,12 **81** Mt. 7,7 **83** ὕλην intellegibilia] *cf.* Philon. 134 **85–86** *cf.* Philon. 133 **86sq.** *cf.* Philon. 137 **88sqq.** Mt. 10,19sq.

ABEF[H]KLMNPSWG$_1$; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

73 ille et *H* **74** ethorian (*om.* et) *EM* theorian *BEFLMNW* **ae**, theoriam *cett.* **d** **77** credentibus *pr.*] credent ibi *H*, credentibus ibi *S* respondit] *add.* autem *WG*$_1$ **78** hos *M* **81** dabitur vobis] accipietis (*Vulg.*) *P* **82** pete] *om.F*, petite *A* **d** ἀπὸ] ANO *A*, IANO *EMHSWG*$_1$ **83** AYTYOY *KP*, AITYOY *A* hylen *SG*$_1$, ylem *P*, hylem **ae**, ylen *cett.* **84** pulsate (*om.*et) *B* **86** operator *A* in lignis *om.Mac.* **87** tibi uerbum *tr.FLNPG*$_1$ **m** **88** habes *H* **89** tradentur *M* **90** dabitur – loquamini *om.Nac.* vobis *om.B* **91** estis] eritis *ABEpc.LMS* **adem** loquemini *Apc.*

11. Habes hoc et in Genesi dicente Isaac: *Quid est quod tam cito invenisti, fili? Qui dixit: Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas*; ἀποτέλεσμα dominus est. Qui per dominum quaerit invenit, Laban denique, qui per dominum non quaesivit quia quaerebat idola, non invenit. **12.** Pulchre autem, quos dicunt ὄρους, servavit. Primus est ὄρος: Vade, *affer mihi* de venatione tua, *ut manducem*: excitat atque adolet velut igni quodam adhortationis suae mentem eius, ut operetur et quaerat. Secundus ὄρος: *Quid est quod tam cito invenisti?* Hic in interrogatione est, tertius ὄρος in responsione: *Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas*: ἀποτέλεσμα deus est, qui concludit et consummat omnia; de quo dubitandum non est.

13. Est et ille ὄρος de spontaneis: Si non seminaveritis, non metetis. Nam etsi cultura provocet semina, tamen natura spontaneo quodam, ut surgant, in his operatur inge-

---

93–95 *Gen. 27,20 **96sq.** *cf.* Gen. 31,33-35; Fug. saec. 4,22; Philon. 143 **97–109** *cf.* Philon. 168–170 **99** *Gen. 27,4 **101–103** *Gen. 27,20 **106** et ille ὄρος] *i.e. apotelesma, cf.* Philon. 170 (τοῦ αὐτομαθοῦς) **106sq.** *cf.* Lev. 25,11

ABEF[H]KLMNPSWG$_I$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

93 quod est quid **m** quod *om.Wac.G$_I$* **94** quid *S* **95** dominus *om.P* **96** denique qui] quoque *EHMSWG$_1$* **97** quia *om.P* **98** quos] quod *BG$_1$* **ae** ὄρους] horos *P* **ae,** oros *cett.* **d** ὄρος] horos **ae**, oros *cett.* **d** *(sim.semper)* est] et *B* vade] *add.* et *H* **99** excitata (-tam *G$_I$*) *EMWG$_1$* **100** adolet *om.WG$_I$*, dolet *Sac.* igni] igitur **a** adhortationi *ELM* **102** invenisti] uenisti *FLN*, inuenire potuisti (*Vulg.*) *P* in *pr. om.AFHLPWG$_I$ac.* **103** meas] tuas *B* **104** consumat *AEKLW* **d** **105** dubitatum *G$_I$* **106** et *om.B* si *om.* **r** seminabitis **r** **107** non] neque **r** metetis] metitis *BFL, add.* spontanea ascendentia et si dixeritis: Si non seminaverimus, non metemus: respondebitur vobis sicut scriptum est: Et mittam benedictionem meam vobis in anno sexto; et facies fructus eius in tres annos. Quod utique verum est **r** **108** spontanea *K* iis **arm**

nio. **14.** Unde apostolus: *Ego plantavi*, inquit, *Apollo rigavit, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est quicquam neque qui rigat sed qui dat incrementum deus.* Dat tibi deus in spiritu et in corde tuo seminat dominus. Age ergo inspiret et seminet, ut metas. Si non seminaveris, non metes. Quasi admoneris ut semines: non seminasti, non metes sententia est; principio finis convenit, principium semen est, finis messis. **15.** *Disce*, inquit, *ex me*: natura adiuvat discentem, deus autem auctor naturae est, dei quoque, ut bene discamus, quia hoc naturae est, perdiscere; duri enim corde non discunt. Incrementa per naturam, quae divini habet gratiam muneris, consummationem et perfectionem deus dat, id est illa praestantissima et divina trinitatis natura et substantia.

Vale et nos dilige, ut facis!

109–111 *1Cor. 3,6sq. **113sq.** si – metes] *cf.* Lev. 25,11 **114–116** *cf.* Philon. 171; *aliter Ambrosius* **116** Mt. 11,29 **118–122** *cf.* Philon. 172

ABEF[H]KLMNPSWG$_1$; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

109 unde] *add.* et *B* **110** deus] qui *H* **111** quicquam] aliquid *NP* **113** ergo] *add.* ut *BEFHLMNPSWG$_1$ edd.* semine *B* metes *Aac.K* si – **114** metes *om.G$_1$* **114** metas *BNac.* seminas *Aac.K* **115** metes] *add.* quasi admoneris ut semines *HS* **ad** **117** adiuuet *AK* natura *Aac.* **118** discamus *P* **rm**, dicemus **ae**, dicamus *cett.* **d** **121** dat deus *tr.K* trinitas *Nac.* **123** facis] *add.* quia nos te diligimus *AEHMNSWG$_1$ edd., add.* contuli *BFL*

LVI (*Maur.5*)

Ambrosius Syagrio

1. Prospiciendum esse, ne de nostro obloquantur iudicio carissimi nostri Veronenses, propriis texuisti litteris. Non arbitror fore, certe non solent. Aut si obloquantur, de quo obloqui soleant, haud dubie liquet, cum exasperati huc veniant, pacifici ad te revertantur, praesertim cum hoc iudicium nostrum cum fratribus et consacerdotibus nostris participatum processerit, tu autem sine alicuius fratris consilio hoc iudicium tibi solus vindicandum putaris, in quo tamen ante iudicium praeiudicium feceris, ut puellam Zenonis sanctae memoriae iudicio probatam eiusque benedictione sanctificatam post tot annos sine auctore criminationis, sine accusatore, sine professore delationis in periculum reatus deducendam arbitrarere, cui invidia esset a vanis, ab haereticis, ut ipsi volunt, a turpibus personis conflata per scelus, per avaritiam, per intemperantiam quaerentibus

---

2 Syagrio] *Veronensi episcopo Zenonis successori* **11** puellam] *sc. Indiciam cf. l.229* Zenonis] *cf. l.2*

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

1 LVI *Apr.Wpc.*, LVII *Aar.BEFKLMN* **d**, LXI *O*, LXIIII *P* **a**, XLVI **r**, *om.HS* **2** Syagrio] sia- *FHLP* **d**, sira- *OW*, *add.* ueronensis ecclesiae *Em3*, *add.* ueronensis ecclesiae episcopo *HS* **ader**, *add.* episcopo *P* **3** esse ne] est num *Asr.Mpc.*, esse non *K*, est ne **d** **4** nostri carissimi *tr.AK* **5** soleat *M* **6** haud] haut *EWac.*, aut *Aac.LMPac.* **d** **7** reuertentur *M*, -tuntur *O* **8** sacerdotibus *AWac.m1* **10** uendicandum *HSpc.Wpc.*, iudicandum **ar** putaris] -taueris *P*, *om.O* in – **11** feceris *om.Eac.* **11sq.** sanctae memoriae zenonis *tr.O* **12sq.** sanctificatam benedictione *tr.* **erm** **14** professione *Mac.* delationis] declina- *F*, declama- *LP*, delatione *O* **15** arbitrarere *Lpc.O* **ar**, -trareris *P*, -trare *cett.* **dm** cui] cum *ALOW* **d** **16** ipse *Nac.*

proprii libertatem flagitii, ab his postremo, qui domo eius eiecti atque eliminati forent, quod discolora opera subtexerent, quam prima fronte suae professionis praetenderant.

2. Huiusmodi accusatores, huiusmodi testes in tuo constituebas iudicio, qui neque accusare audebant neque delationis se nexu obligare. Atque ita inspectioni adiudicandam constituebas virginem, quam nullus argueret, nullus deferret.

Ubi haec cognitionis sollemnitas, ubi talis iudicandi formula? Si leges publicas interrogamus, accusatorem exigunt, si ecclesiae, duobus, inquit, et tribus testibus *stat omne verbum*, sed illis testibus, qui ante hesternum et nudiustertius non fuerint inimici, ne irati nocere cupiant, ne laesi ulcisci sese velint. **3.** Inoffensus igitur affectus testium quaeritur, ita tamen ut accusator prius in medium procedat. Ipsi illi *presbyteri* Iudaeorum *manus suas* prius *supra caput imposuerunt* Susannae et accusationem professi sunt et pariter addiderunt testimonii auctoritatem, quam imprudenter populus sub errore positus acceperat, sed divino iudicio per prophetam retexit et redarguit omnipotens deus, ut liqueret omnibus eos velle invidiam praeseminare adversum inno-

28sq. *Mt. 18,16; Deut. 19,15 **33** *cf.* Dan. 13 (Susanna), 34–60

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

18 his] iis **arm** **19** obiecti *O* atque *om.S* atque eliminati] eliminatique *F* **19** quod – subtexerent *om.EM*, quod discollora *Msl.* discoloro opere *L* subtexerint *P* **20** qua *W* sua *F* praetenderent *N* **21** huius *Mac.* constituendos *M* **22** dilationis *N* **23** oblicare *M*, abligare *AK* ita *om.Mac.* **d** inspectione *Fac.* adiudicandam] -um *FL*, ad iudicandum *O* **24** arguet *M* **26** cogitationis *AK* **27** interrogemus *P* **aer** accusatores *FLOP* **28** stet *L* omnem *Eac.* **30** fuerunt *P* **31** se *BHO* effectus *Nac.* **32** procedebat *M* **32sq.** illi ipsi *tr.O* **33** super *FO* **35** testimonia *EMW* **36** per *om.AK, add. sl. et eras.A* **37** propheta *Apr.*, phetam *F* **38** velle] *add.* in *Bac.EFHLMNS* **ad** perseminare *LO* aduersus *OP*

centis periculum, qui deficerentur accusationis argumento et firmamento probationis, conicientes videlicet, quod si praeoccupatis vulgi auribus invidia mentem incesseret, praeiudicium examinandae veritatis inferret. Etenim cum audita praeveniunt, aurem obstruunt, animum occupant, ne probatio desideretur, ut rumor pro convicto teneatur crimine.

4. Nos igitur accusatorem exegimus et auctorem totius scenae Maximum perurgendum arbitrati sumus. Verum ille accusationem, quam studio informaverat, verbo detulerat, deseruit professione, et tamen affectu urgebat, arte exsequebatur, sed refugiebat nomine, quod diffideret probationi. Denique sparsis rumoribus, sed etiam epistulis compositis et destinatis quaesivit acerbare invidiam delationis. Sed nequaquam opprimi potuit integritas et circumveniri. Nam si habuisset probationes, numquam inspectationem tua sententia flagitavisset.

5. Quid igitur sibi velit et quo spectet, quod obstetricem adhibendam credideris, non possum advertere. Itane ergo

---

42 *cf.* Dan. 13 (Susanna), 34-60 **47** Maximum] *sc. sororis Indiciae maritum, cf. ll.207sqq.* **56sq.** *alia fuit condicio syneisactarum, de quibus Cyprianus ep.4,4*: inspiciantur interim virgines ab obstetricibus diligenter

---

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

39 qui *om.Nac.* deficerent *HP* **rm** argumento accusationis *tr.N* argumentum *A* **40** coniuentes *N* videlicet conicientes *tr.* **a** videlicet] ullum **d** **41** praeoccupatus **d** montem *M* **44** rumorum *AMpc.* conuincto *Aac.Far.* **46** igitur] ergo *M* exigimus *Bpc.O* et] ex *B* **47** schenae *L*, caenae *Bac.*, caene *F* **48** accusationes *M* detulerat] *add.* et *M* **49** professionem *Eac.M* defectu *M*, *add.* a *s.* d **50** fugiebat **m** diffiderat *O* probatione *A* **d** **51** sed *om.***r** epistulis] apostolis *A* **51sq.** compositis epistulis *tr.M* **52** acerbaret *Ear.*, aceruare *AKN* **54** inspectionem *Bpc.Nac.* **rm**, expectat- *F* **55** flagitavisset] flagitauit set *M* **56** quid – **57** advertere *om.Aac.K* quo] quod *AM* **57** ita *W*

liberum erit accusare omnibus, et cum probatione destiterint, patebit ut genitalium secretorum petant inspectionem, et addicentur semper sacrae virgines ad huiusmodi ludibria, quae et visu et auditu horrori et pudori sunt? Denique non minima etiam in tuis litteris temptatae expressionis verecundia est. Quae ergo sine damno pudoris in alienis auribus resonare non queunt, ea possunt in virgine sine eius temptari verecundia? **6.** Invenisti tibi vile mancipium, procacem vernulam: cur non abutaris pudibundo ministerio et exponas eius modestiam, cum praesertim nihil sanctius in virgine sit quam verecundia? Non enim sacra virgo ut corpore tantummodo integra sit quaeritur, et non ut in omnibus eius inoffensus maneat pudor. Virgo domini suis est nixa fulcris ad sui probationem nec alienis dotibus eget, ut se virginem probet, nec abditorum occultorumque inspectio, sed obvia omnibus modestia adstipulatur integritati. Non placet deo quam non suorum gravitas morum probat. Non probatur domino, quae unius obstetricis indiget testimonio, quod plerumque quaeritur pretio. Ea ergo tibi locuples videtur ad fidem, quae et redimi et falli potest, ut excuset ream et crimen tegat aut nesciat et non possit flagitium deprehendere?

7. Neque vero illud iustum arbitror, quod tuis comprehendisti litteris, quia nisi inspecta fuerit, integritas pericli-

---

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

58 ominibus *Aar.* cum probatione] cum *om.L*, cum -nes *AOWpc.*, cum -nem *Ear.* destiterunt *M* **59** inspectationem *AM* **60** uirginis *Bac.* **61** horrori] hodori *Aac.*, odori *Apc.K* **62** tentatae **arm**, tentare **d** expressiones *A* **64** resonari *AK* **aer** **65** inuenis *AK* uigile *Mar.* **66** cur non] cuius *Fpc.* **68** sit] si *Aar.*, *om.Apr.* quam] *add.* sit *Asl.* sacro *Aac.K* **70** eius *om.EHMac.OW* sui **d** nixa *P* **m**, uexa *L*, nexa *cett.* **adr** **72** probet *P* **r**, *add.* et *cett.* **adm** occultarumque *MW* **73** obuiam *A* modestia] modia *B* adstipulantur *B* **75** probatur] *add.* a *P* **76** locuplex *M* **d** **77** redimi] *add.* poterat *MS* **d** **80** vero] enim *L*

tetur et incerto sui fluctuet. Ergo omnes quae inspectae non sunt, periculum subierunt pudoris? Ergo et quae nupturae sunt, prius inspiciantur, ut nubant probatiores? Ergo et quae velandae sunt, prius subiciendae sunt huiusmodi attrectationi – non enim visitantur, sed attrectantur – et rectius secundum tuam sententiam inspicitur non probata quam consecrata? **8.** Quid quod etiam ipsi archiatri dicunt non satis liquido comprehendi inspectionis fidem et ipsis medicinae vetustis doctoribus id sententiae fuisse? Nos quoque usu hoc cognovimus saepe inter obstetrices obortam varietatem et quaestionem excitatam, ut plus dubitatum sit de ea quae inspiciendam se praebuerit, quam de ea quae non fuerit inspecta. Siquidem et proximo id comperimus exemplo; nam quaedam condicionis servilis Altini inspecta et refutata, postea Mediolani non meo quidem iussu sed Nicenti ex tribuno et notario domini vel patroni sui voluntate visitata est a peritissima et locupleti femina huiusmodi artis, et cum simul ista suppeterent, ut neque paupertas

---

89 inspectionis fidem] *cf.* Cypr. ep. 4,3: cum et manus obstetricum et oculus saepe fallatur **97** Nicenti] *cf.* Paulin. vit. 44

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

84 ut] quam *P* *post* nubant *interp. AEFHKLMNOPSW* **ad** probationes *A* **86** enim – attrectantur] *add.* uel autem uelentur nisi attrectentur *Psl.* actratantur *M* **87** probata] *add.* sed *M* **88** archiaci **a** **89** ipsi *B* **90** medicinae *Aac.LNpc.m1 edd.*, me dign(a)e *Apc.BEHK MOSac.*, mediginae *FNac.Spc.*, medeginae *Fpc.*, medi ... e *W* uetustatis *EFHMOSW* **d** **91** abortam *K* **92** dubitatam *M* **93** qui *Aac.* **94** fuit *A* siquidem – **95** inspecta *om.Wac.* **95** servilis Altini *Bpc HOS* **arm**, seruili saltim *Aac.Fac.K*, seruulis altini *Bac.EWac.*, seruilis saltim *Fpc.*, seruilis saltem *L*, seruulis altim *Apc.Mac.* **d**, seruilis *P*, seruuli saltim *Mpc.*, seruuli saltini *N*, *add.* r saltim *Pmg.* **97** nicentii *P* tribuni et notari (-ii **r**) **aer** et *eras.F* **98** visitata *om.Mac.* a *om.A* peritissima] *add.* est *Mac.* locupleta **d**

obstetricis suspectam faceret fidem neque indocilitas imperitiam, tamen adhuc manet quaestio. **9.** Quid profuit igitur eam inspici, cum damnatio maneat? Nam ut quisque voluerit, aut imperitam medicam aut redemptam asseret. Ita sine effectu ullo iniuria inspectionis est. Quid deinde fiet? Quotienscumque emerserit qui non credat, totiens virgo obtrectabitur? Nam si umquam se visitandam abnuerit, secundum assertionem tuam de crimine confitebitur. Et facilius est, ut refutet quod numquam fecerit, quam quod fecerit. Variabuntur igitur obstetrices, ne suspectae aliqua repetatur gratiae. Erit itaque inter plures, quamquam paucarum etiam in magnis urbibus hic usus medendi sit, erit, inquam, vel malivola vel imperita, quam pudoris claustra praetereant, et per imperitiam integro notam affigat pudori. Vides in quod periculum inducas virginalem professionem, dum obstetricem adhibendam putas, ut iam non solum verecundiae suae dispendio, sed etiam obstetricis incerto periclitetur.

10. Nunc consideremus quod obstetricis officium sit. Legimus etiam in veteri testamento obstetrices, sed non inspectrices; denique ad parturientes ingrediebantur, non ad virgines, ut partus susciperent, non ut pudorem examinarent. Unde et obstetrices dictae, eo quod obsistant dolori vel certe pignori, ne laxatis uteri genitalibus claustris in

---

123 laxatis ... claustris] *cf.* Verg.Aen. 2,259

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

104 affectu *Bac.HK*, affectuum *A* quod *Wac.* inde *O* **105** toties **m** **106** attrectabitur **rm** **108sq.** quam quod fecerit *om.Mac.* **109** igitur] ergo *L* **110** repetantur *Wpc.* gratia *BWac.* paucarum **m**, paucorum *cett.* **ader** **111** hi *Mac.* sit] fuit *M* **112** maleuola **rm** claustra *om.Mac.* **113** per *om.AOWac.* imperitia *Apc.* affligat *Mpc.* **114** induas *Aac.Bac.EKMNac.SW* **ae** **119** testamento *NOPWpc.* **arm**, *om.cett.* **d** non *om.K* **121** susciperet *A*

terram defluat. Secundo et tertio loco in scripturis invenimus obstetrices adhibitas, sed ubique partui, nusquam inspectioni; primo ubi Rachel parturit, deinde ubi Thamar parit, tertio ubi necandos mares Pharao mandat Hebraeorum obstetricibus, quando responderunt illae non eo more Hebraeas feminas parere quo pariunt Aegyptiae, sed Hebraeas prius parere quam introeant obstetrices ad eas. Qui locus ut superiori utilis ad Hebraeorum salutem, ita reliquo confragosus ad obstetricum fidem, quae didicerunt mentiri pro salute et fallere pro excusatione.

11. Quid igitur suspecta et dubia captamus, cum maiora sint alia examinandae veritatis documenta et testimonia, in quibus expressiora insignia vel temerati pudoris sint? Quid enim est quod magis publicum sit quam offensa pudoris et defloratio virginitatis? Nihil profecto quod magis se prodat quam castitatis dispendium. Tumescit alvus et incedentem fetus sui onera gravant, ut praetermittamus alia, quibus se vel tacita prodit conscientia. **12.** Ac forte sterilitatis obtentu abscondi in aliquibus possit flagitium. Hic vero, cum editus partus et expositus vel necatus – dum invidiae magis quam probationi consulitur – dissipatus sit per aures universorum, strangulata est libertas calumniarum, si peperit.

---

126 Rachel] *cf.* Gen. 35,17 Thamar] *cf.* Gen. 38,27 **127–130** *cf.* Ex. 1,15-19 **142sq.** *cf.* l.239sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

124 defluet *F* secundum et tertium locum *M* **125** numquam *EMOW* **126** primum *M* **127** negandos *Eac.* **128** responderint *W* **129** hebreos *M* feminas *om.AK* **130** parere prius *tr.NO* **131** ad] ab *N* salutem hebraeorum *tr.O* **133** pro *alt. om.O* **136** intemerati *O*, temeritati *F* pudori *Bac.Nac.* **137** est] *add.* in quibus *Amg.M* sit *om.L* pudoris] *add.* sint *M*, *add.* sit *Amp.* **138** deflorationis *EMac.W* nil **r** prodat *Bpc.P* **m**, probet *HLac.S* **ar**, probat *cett.* **d** **139** incendentem *M* **140** fetum *M* onera *Bpc.P* **erm**, hora *L*, ora *cett.* **ad** grauent *Nac.* se] seu *M*, *om.FL* **141** vel *om.Lac.* at *BHSpc.* **rm** **144** probatione *Bac.* sit *om.Mac.* **145** peperii *Mac.*

Nempe Veronae fuit, visebatur frequenter a virginibus et mulieribus; in honore enim semper erat. Visebatur et a sacerdotibus propter pudicitiae reverentiam et gravitatis speculum. Quomodo igitur potuit occulere crimen, quod se vel specie sui proderet? Quomodo texit uterum? Quomodo non refugit aspectum mulierum, oculos salutantium? Quomodo parturiens vocem repressit? Sed hoc non patitur dolor; denique scriptura hos maximos dicit *dolores* qui sunt *parturientis*. Sic enim, inquit, *dies domini* subito *venit* et improvisus adest, ut dolor partus, qui intercludit omnia effugia delitescendi.

13. Haec est verior documentorum fides, quam erubescunt et mulieres. Denique *Elisabeth occultabat se mensibus quinque*, eo quod sterilis conceperat in senectute. His signis et ipsa Mariae virginitas apud ignaros mysterii probri suspectabatur. Unde et Ioseph, cui *desponsata* erat virgo, suspectum habebat vitium, dum adhuc nesciret dominicae incarnationis sacramentum.

14. Quid ergo? Negamus inspiciendas virgines? Interim quod nusquam legerim non adstruo nec verum arbitror. Sed quia pleraque ad speciem facimus, non ad veritatem, et erroris gratia complura frequenter praetendimus – sunt

---

153sq. Is. 13,8sq.; *cf.* Gen. 3,16; 1Thess. 5,3 **158** Luc. 1,24 **161** Mt. 1,18sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

146 Veronae] uero ne *FMac.*, uero *W* fuit – **147** erat *om.Wac.* **146sq.** et mulieribus *om.Sac.* **149** igitur] ergo **aerm** occultare *M* **150** texi *M* **151** aspectus *OW* oculos] *add.* ad *M*, ad a *Amp.* saltantium *N* **152** non *om.M* **154** inquit – venit *om.Sac.* **155** ut *om.Mac.* qui *om.Bac.* **156** delitescendi *HOP* **arm**, delitisc- *cett.* **d** **157** erubescant *LO* **159** concepit *M* **160** maria *M* probrii *Ear.M* **161** erat desponsata *tr.M* **164** quid – **218** argumentatus *om.EHMOSW* **165** quid **a** abstruo *Fac.* **166** quia *om.AK* **d** **167** conpluria *BFLN* **aer**

enim qui nesciant recte facere nisi metu poenae –, relinquamus hoc illis, quas non verecundia revocat a lapsu, sed solus iniuriae deterret metus, apud quas nulla cura pudoris et castitatis gratia, sed poenae timor est. Relinquamus vernaculis, quibus formido est deprehendi magis quam peccavisse. Absit a virgine sacra, ut obstetricem noverit; partus putatur et remedium doloris ducitur, non examen pudoris. Relinquamus etiam illis, si quae gravibus appetitae calumniis, oppressae testimoniis, strangulatae argumentis ad id confugiant, ut se offerant inspectioni, quo vel corporis probentur custodia, si tamen deprehendi potest, in quibus nutat pudoris gratia et disciplina integritatis. Male tamen se habet causa, ubi potior est carnis quam mentis praerogativa. Malo morum signaculo quam corporis claustro virginitatem exprimi.

15. Iam illud praeclarum, quod scripsisti insinuatum tibi a quibusdam, quod nequaquam tibi communicarent, si eam sine visitatione suscipiendam crederes. Ergo iudicandi accepisti formulam. Quales illi qui volunt praescribere sacerdotibus quid sequi debeamus? Liberavimus itaque te a cognitionis gravissimae necessitate, ne necesse haberes formulam mandatam exsequi. Quid nobis futurum est, qui eorum studiis non obtemperavimus? **16.** Sed tamen scio illic

---

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

168 recta *FLNP* **169** a *om.Bac.* **171** vernaculis] hoc illis *L* **172** peccasse **arm** **173** absit – **174** pudoris *om.Nac.* ut *om.Bac.* **173sq.** partus putatur] *add.* uel partu periclitatur *Psl.* **176** testimonium *Aac.* stranguillatae *K*, stranguilitate *A* **d** **177** inspectione *Bac.* probetur **rm** **179** nutat] putant *F*, perit *L*, *om.P* **181** malo] malum *Aac.K*, -lim *Apc.* **d** claustra **d** virginitatem] -tis *ABac.Fac.KN* **d**, -tes *Fpc.P* **185** credes **ae** **186** quales] -is *Aac.Bac.KN*, -em *P* **187** a *om.Lac.* **188** cognitionis] -nibus *AK* **d**, agnitionis *Lac.* necessitatis *Apc.* **d** ne *om.AKNac.* **d** habes *Apc.* **d**

plerosque esse qui timeant dominum; nam et hic vidimus dudum et illic esse comperimus qui compositam hanc querantur calumniam, quos aiunt eo offensos favisse Maximo, quod ista virgo non circueat domos nec eorum matronas salutet atque ambiat. Quid igitur fiet? Quomodo tanto eam exuemus crimine? Quomodo persuadebimus, ut cultus assumat novos, suos exuat? Grave flagitium virginem intra secreta domus degere, claudi penetralibus suis? Sic certe lectio docet Mariam domi repertam, cum ad eam Gabrihel archangelus venisset. Susanna fugiens turbarum inducitur; denique cum lavaret, paradisum claudi iubebat. Quid autem praestantius, praesertim in virgine, cuius praecipuum opus verecundia, quae secreto est tutior, secreto ad omnes actus expeditior? Munia enim pudoris induit, non concursationis. Sed de aliis videro, tuae nunc mihi respondendum epistulae est.

17. Te miror, frater, qui tantopere defendas Maximum non fuisse accusatorem, sed parentis dolore doluisse invidiam sparsi rumoris, cum ille se inimicum et adversarium litigatorem proposito iam iurgio negare non potuerit adversus sacram virginem iudicia attemptavisse muroque inter-

---

199sq. *cf.* Luc. 1,28 **200sq.** *cf.* Dan. 13,17sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

192sq. quaerantur hanc *tr.N* querentur *Bac.* **193** eo *om.B* offensus *BLac.* **194** circueat *Bpc.*, circumeat **rm**, circuibat *cett.* **ade** **195** salutet] -at *F*, -abat *L* ambiebat *L* quomodo] quo tanto **r** **197** suas *Lac.* uirginum *A* **d** inter *F* **198** penetralibus] -bilibus *ABKLNpc.* **d**, -bibus *Nac.* **199** docet lectio *tr.N* domi] domini *BFLN*, matrem domini *P* gabriel *L edd.* **200** angelus *FLNP* turbas *P* **201** cum] *add.* se **aerm** **202** praestantius *om.AKN* **ade** **203** quae] quam **rm** secreto *pr.*] -a *AKN* **ade**, -um **rm** est] quid **rm** tutius **aerm** secreto *alt.*] *add.* et **rm** **204** expeditius **aerm** **205** mihi *om.F* **207** defendas *ABFKN edd.*, defensas *cett.* **211** sacratam *A* **d** attentauisse **arm**

iecto discretas aedes uxoris suae ac virginis, divisam germanitatis inter sorores societatem aliaque quibus doleret, quod virgo in agro affinitatis suae refugisset consortium. Quomodo ergo non accusator, qui affectum accusatoris iam dudum exercuit, qui sermone suo accusationem detulit, aures tuas implevit clamore, testes auditionis deduxit, cognitionem poposcit? **18.** Quamlibet argumentatus negare non potuisti quod ad Indiciam scripseris, quoniam Maximus seu impulsu aliorum seu dolore proprio crimen grave detulerit. Sola haec epistula satis est ad accusationis testimonium. Neque enim te ego tuis ad me datis litteris urgendum putavi, sed his lectis quas ad virginem dederas, adverti diversum esse quod ad me scripseras. Et tamen cum epistulae tuae sibi non convenirent, consulendum te, non arguendum putavi. Quid igitur sibi vult illa argumentatio, quia illud detulerit quod ad me scripseras, delatam videlicet eam in turpi crimine, ita ut editum et obrutum partum dici asserat? Quasi vero istud ad Indiciam, non ad me scripseris. Illa ubi audivit litteris tuis Maximum subduci accusationi, litteras tuas protulit, quibus eum criminis delatorem probavit. Ad me datas non legerat nec quid haberent sciebat.

---

217 auditionis] *t.t. in iudicio* (*cf.* cod.Theod. 11,30,67; 13,5,32 al.)

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

213 quibus] proh **aer** doleret] dolor et *ABac.KLN* **ader**, doluerit et *P* **215** ergo – **218** negare *om.* **a** **215** accusatoris] satoris *AK* **d** **217** clamore] *add.* et **erm** **219** inditiam *Aac.BFK*, indicia *Npr.*, inditium *Apc.*, indicium *M* **d** **220** impulso *A* **221** haec epistula] hepistula *M* excusationis *HS* **ad** **223** his] iis **arm** uirgines *M* **224** esse] est *M* cum tamen *tr.M* **225** te *om.K* **227** detulerat *AK* **228** brutum *FL* **229** quas *K* illud *O* indicia *Apr.Npr.* **d** **230** ubi] ut *HPac.* accusationi *PS edd.*, -nis *cett.* **231** criminibus *A* **232** me datas] medias *O*, *add.* quas *P* legerit *Aac.K* ne *M*

19. Ego autem exhorrui a primo calumniam, quia advertebam non crimen intendi, sed iniuriam virginis desiderari, cuius inspectio et visitatio postulabatur, non aliquod flagitium deferebatur. Quis enim istud a principio fraude compositum nequaquam sibi congruere et convenire non arbitraretur? Cucurrisse mulieres viles ad monasterium, iactasse partum virginis et necem pignoris, de monasterio rumorem per populos sparsum eumque affluxisse in aures novi affinis Maximi, ab ipso interpellatum episcopum, dimissas eas quae dixisse ferebantur atque in fugam coactas, ut apud nos patuit; eos qui audisse se dicerent ad ecclesiam vocatos, prodisse Renatum et Leontium, *duos* illos *iniquitatis viros*, quos apposuit Zezabel, redarguit Danihel, subornavit Iudaeorum populus, ut *auctorem vitae* suae falso appeterent testimonio? Qui tamen cum simul composuissent flagitium, simul ingressi essent viam, et – ne quid praeteream – adiuncti Maximo, comitantibus, ut dixit Leontius, his qui illum rumorem sparserant, tamen ubi in meo adstiterunt iudicio, cum primo de origine causae quaererem, diversa et distantia prompsere, non locorum separati, sed mendaciorum divortio.

244sq. *3Reg. 21 (20), 10.13 **245** *cf.* Dan. 13,44-60 **245sq.** *cf.* Mt. 26,39-61 **246** Act. 3,15

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

233 a *eras.N* **234** intendis et *Aac*, intendissent *Mac.* **235** aliquid **a** **237** compositus *EMOW* sibi *om.O* non *om.Mac.* **238** arbitretur *M* concurrisse *HMpc.* **239** necem] non esse *Mac.* **239sq.** monasterio rumorem] monasteriorum orem (ore *O*) *EMac.OWac.* **240** fluxisse *M* **241** adfines *MO* **241sq.** dimissis eis *P* **242** coactis *P* **243** audiuisse *M* **244** et] ut *Fac.L* **245** iezabel *FLOPS* **arm** redarguet *B* Danihel *BEFKP*, daniel *cett. edd.* **246** Iudaeorum *om.O* **248** ne quit *B* **249** adiuncti] -is his *Pac.*, -is *Ppc.*, *add.* testimonio *HS* **d** **250** his] iis **arm**, *om.Pac.* spargerant *EMac.W* **251** primum *H* **252** et] ut *B* promsere *Aac.LM* **m** separati] -is *Bar.EFac.KMNW*, sed parati *Aac.*, sed partis *Apc.*

20. Cum igitur sibi ipsi non convenirent, Mercurium et Leam, vilissimae condicionis et detestabilioris nequitiae personas, amendavissent, aufugisset Theudule non ignara obiciendi sibi facinoris, quod ante lectum Renati sola cubitavisset, ancilla praesto esset alia, quae stupro eiusdem Renati se diceret coinquinatam, die ipso, qui dictus erat cognitioni, subtraxerunt se episcoporum conventu, licet etiam pridie subito se profecturos idem Renatus clamaverit. **21.** Unde ego iudicio praescripsi diem. Et tamen nullo accusante, nullis testimoniis perurgentibus insinuavi sanctae sorori quod peteres coram ipsa inspici et visitari memoratam virginem. At illa sancte inspectionem quidem recusavit, sed testimonium non declinavit dicens nihil se in Indicia comprehendisse, nisi quod esset virginalis pudoris et sanctitatis: habitasse eam Romae in domo nostra nobis absentibus, nulli eam se vitiorum familiaritati dedisse, optare cum ea sibi a domino Iesu partem reservari in regno dei.

---

264 sororil *sc. Marcellinae*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

254 ipsi *om.B* et] ut *B* **255** vilissimae] *add.* est *S* destabilioris *Aac.K* **256** amendavissent] aman- *Fac.* **erm**, aemen- *BFpc.*, emen- *P* aufugisset] -se *P*, aut fugisset (-se *M*) *AMOW* theudulam *P* ignaram *P* **257** obiciendis *EMW* sibi] ibi *EW*, *om.Mac.O* facinoris] criminis *P* Renati *om.B* cubitasset *HMac.* **258** quae stupro] quaestu pro *Fac.* eius *O* **259** conquinatam *O* era *A* **260** cognitionis *BFLP* subtraxerint *Wac.* conventu *AK*, conuentui *cett. edd.* **261** etiam] eam *FL* se *om.B* profecturos **erm**, -rum *Npc.OP*, -rus *cett.* **ad**, *add.* o *Ssl.* clamauerat **a**, -uerint *M* **262** unde] *add.* et *O* ergo **d** perscripsi *M* **264** sororis *M* ipsam *ABar.Eac.KLNac.* inspici et] inspiceret *M* uisitare *M* **265** sancte] -ae *EFHLMNar.OPS* **a**, *add.* aduerbium *Nsl.* inspectionis *M* **266** declinavit] recusauit *O* in *om.ABac.EKLMNOW* indicii *O*, -io *Apc.* **267** conprendisse *M* **268** habitauisse *OW* **269** uicinorum *Apc.*, uirorum **er** familiaritatis *B*, -te *Nac.* **270** reseruare **a**, seruari *KNac.*

22. Paternam quoque, filiam nostram, interrogavi, quod ab ea numquam soleat discedere, cuius caritas vitae huius testimonium est. Itaque etsi quod iniurata diceret, fidei sacramento conferendum foret, sub obtestatione tamen professa est alienam criminis quo appetebatur nec quicquam in ea scire se bonae vacuum conversationis. **23.** Nutricem quoque liberae condicionis interrogavimus, cui et status haudquaquam degeneri servitio obnoxius libertatem vera fatendi daret et fides atque aetas ad veritatem adstipularetur et officium nutricis ad cognitionem secreti. Ea quoque nihil se indecorum vidisse, nihil sibi quasi parenti commissum a virgine aliqua dignum reprehensione.

24. His moti Indiciam inoffensi virginem muneris pronuntiavimus. Maximum autem et Renatum et Leontium ita involvit sententia, ut Maximo, si errorem emendaret, spes reditus reservaretur, Renatus autem et Leontius excommunicati manerent, nisi forte probata sui paenitentia et huius facti diuturna deploratione dignos se praeberent misericordia.

Vale, frater, et nos dilige, quia nos te diligimus.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

272 discere *Bac.* caritatis *Nar.W* **273** quid *O* **275** alienum *M* quod *OW* appetebatur] expectabam *M* **276** in eam *O*, mea *L* vacuum bonae *tr.P* conuersionis *M* **278** haud quamquam *W*, aud quamquam *M* degenere *AF* **279** ueram *O* aetatas *Mac.*, aetataes *Mpc.* **280** adstipulare *M* **281** ea] ex *M* indequorum *Aac.*, iudeorum *Mac.* vidisse *om.B* **283** indiciis *AKNpc.sr.* **d** numeris **d** **284** et *alt.*] atque *P* **285** sentiam *M* **286** rseruaretur (*sic*) *E*, seruaretur *MOW* **287** probati *M* **288** praebeant *O* **290** frater *om.Oac.* diligimus] *add.* contuli *BFL*, explicit *O*

LVII (*Maur.6*)

Ambrosius Syagrio

1. Quae sint in nostro iudicio decursa comperta retines, et ideo nunc quasi animae portionem convenio meae habens apud te pro castitatis contumelia familiarem et dolentem querelam.

Itane oportuit inoratam atque inauditam virginitatis causam adiudicari, ut non possit absolvi, hoc est nisi sua iniuria, nisi ab honesto pudore traducatur ad indecorem sui corporis oblationem, grande videlicet relatura sui testimonium, ut exponatur ludibrio et procacitatis notetur? Hanc igitur praerogativam detulisti integritati, huiusmodi honorificentiam, qua se lacessi aut invitari gaudeant quae hoc munus recipiendum putant, ut amittat libertatem communis assertionis nec se iure tueatur vel sanctae legis vel publico, ut non accusatorem exigat, non arcessitorem urgeat, sed impudentiam solam induat ac sese proiciat ad iniuriam?

---

3 *cf. ep. praeced.*

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

1 LVII *Apr.Wpc.*, LVIII *Aar.BEFKLMN* **d**, LXII *O*, LXV *P* **a**, XLVII **r**, *om.S* **2** siragio *OW*, *add.* ueronensis *Emp.*, *add.* ueronensis ecclesiae episcopo (*add.* .s. **d**) *S* **d**, *add.* veronensis episcopo **r** **3** sunt *B* decursu *L* comperta retines] conpeteret me *Mac.* comperta *om.Oac.* **4** meae] me *M* **d** **5** castitate *Bac.* **7** inoratam] inau- *F*, ignor- *Npc.* inaudita *Kac.* **8** ut] quo *Fsr., om.Bac.* sua] tua *S* **d** **9** nisi *om.* **r** indecoram *OP* **m** **10** grande] *add.* igitur *Asl.M* **11** procautatis *W* **12** detulisti *om.B* integritati] -tis *Bpc., add.* et *P* **13** lacessit *Ear.M*, lacesiri *P*, lacessiri *Apc.* **rm** **14** amittat *P*, -ant *cett. edd.*, admittant *A* **15** assersionis *P*, assertionibus *Fac.L* tueatur *P*, -entur *M*, -eantur *cett. edd.* **16** arcessitorem] accer- *KOP* **ar**, arcersi- *L* **m**, -tatorem *F* **17** solam *om.Pac.*

2. Non ita maiores nostri despicabilem habebant castimoniam, cui tantum deferebant reverentiae, ut bellum adversum temeratores pudicitiae suscipiendum putarent. Denique tantum fuit ultionis studium, ut omnes tribules de Beniamin tribu exstinguerentur, nisi sescentos, qui bello reliqui forent, natura editioris loci defendisset; sic enim lectionis divinae serie expressum tenetur, cuius tenorem recensere congruit.

3. *Levites vir* animi maior quam opibus *habitabat in partibus montis Effrem.* Ei quippe tribui sortito obtigerat locus in possessionem terrae datus *pro funiculo hereditatis.* Is *sibi accepit iugalem de Iuda Bethleem* et, ut se habent prima copularum exordia, ardebat iuvenculam immodica animi cupiditate, simul quia similibus eius non fungebatur, exardescebat magis passione, atque, immane quantum,

---

18sq. *cf.* Iudd. 19-21 *et* Ios.Flav. Antiqu.Iud. 5,8,136sqq. **18–25** Iudd. 20,47sq. **23** editioris loci] *cf.* Sall. Hist.frg. 1,140 **26–29** *Iudd. 19,1; Ios.Flav.*l.c.* **28** *1Paral. 16,18 **30sq.** *cf.* Ios.Flav. 5,136 **32** exardescebat ... passione] *ibid.* 137 immane quantum] *cf.* Sall. Hist. frg. 2,44

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

18 minores *Mac.* habeant *FN* **21** tribunes *F* **22** extinguerent *O* nisi] preter *Amp.i.r.* sescentos] sexc- *Apc.sr.S edd.* (*sim. semper*), quingentos *Aac.BEFKLMNOPW* **23** forent] essent *F* nature *M* **24** tenentur *EM*, tenenentur *W* tenoram **d** **25** congruit] potuit *M* **26** animo *P* **rm** opibus] moribus *B* in *om.EMac.OW* **27** partibus *om.O* efrem *BEMS*, ephren **a**, Ephrem **r**, Ephraem **m** tribui *om.Mac.* obtigerat] *add.* idem *P* **29** his *FM* accipit *EMW*, *add.* i *Ssl.* Iudae **a** betleem iudae *P* bethlem *BEFMNac.S*, bethlen *K*, bethleen *A* haberent *Bac.*, abeant *M* **30** primum *FL* ardebat] habebat *B* iuvenculam *A* **rm**, -la *cett.* **ade** (*cf.* Flav.Ios. ἐρῶν σφόδρα τῆς γυναικός *et l. 110*) immodicam *B* **31** cupiditatem *B* simul *om.P* fungebantur *MS*, *add.* n *Asl.* **32** magis] *add.* magisque *codex Laet.* **m** passione *corr. Faller* (*cf.* Ios.Flav. τῷ πάθει), possessione *P* **m**, possessio *cett.* **d**, *om.* **aer** quantum] tum *P*, *om.* **ae**

exaestuabat. Unde quia nihil referebatur ex parte adulescentulae, vel levitate amoris vel vi doloris, quod haudquaquam mercede pari secum decerneret, cum eadem expostulabat, hinc frequens iurgium, quo mulier offensa claves remisit, domum revertit. **4.** At ille amore victus, qui quid speraret non habebat aliud, cum quartum iam mensem fluere cerneret, eo contendit fretus quod consilio parentum emolliretur animus adulescentulae. Occurrit pro foribus socer, generum introduxit, filiam reconciliavit, et ut laetiores dimitteret, triduo tenuit, quasi repararet nuptias, ac volenti abire quartum quoque diem comperendinavit praetenta humanitatis specie moras innectendo. Pari modo cum etiam quintum diem vellet adiungere superioribus et iam novae deessent causae morandi, paterno tamen affectu retinendae filiae desiderium non deforet, promissam profectionis copiam distulit in meridiem, ut viam cibo curati adorirentur. Post epulas quoque volens dilationem attexere, eo quod iam vesper appropinquaret, generi precibus aegre licet tamen acquievit.

33–37 *cf.* Ios.Flav. 137 **37–51** *cf.* Iudd. 19,2-9 **44** moras innectendo] *cf.* Verg. Aen. 4,51 **46** causae morandi] *cf.* Verg. Aen. 4,51

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

33 exaestuabatur *P* patre *Fpc.* **34** leuite *Apc.MSmg.* vi *om.M* aut quamquam *M* **d** **35** patri *Aac.* decerneret] -rat *Aac.*, -nebat *Apc.*, *add.* decreuerat *Amg.* **36** hic *KN* quo *Msl.* **37** qui quid] quicquid *AEMNar.OW* **d**, qui quod **arm**, qui quis *Kac.m1* **38sq.** cerneret mensem effluere *tr.L* **39** flueret (*om.* cerneret *ac.*) *M*, effluere *LP* **40** emoliretur *EW* **d** **41** lectiores *M* **43** conpraerendinauit *M* **44** moras] mortis *W* **45** adiungere] adiung/ne it *M* et iam *om.MS* **46** novae] nouem *M* causae deessent noue *tr.OW* affectu *AKO* **arm**, -ui *cett.* **d** **47** retinendae] *add.* i *Osl.* filiae *om.EMac.OW* foret *Oac.* promissum *Eac.MO*, -sa *Bpr.* professionis *P* **48** adorerentur *Bac.ENac.Wac.*, adorentur *Mac.* **49** nolens **d** **50** uespera *P*, uespere *FL* agere *Aac.*

5. Ille iter suum perrexit laetus animi, quod dilectam sibi recuperavisset. Qui uno comitati servulo, cum iam declinaret dies, festino viam celerabant gradu. Mulier vehebatur iumento, viro nullus sensus laboris, qui fructu desiderii simul et vario mulieris ac vernaculi sermone viam levaret. Denique ubi Hierosolymam appropinquarunt, quae triginta stadiis aberat, quam tunc temporis Iebusaei tenebant, suggessit puer deflectendum in civitatem, quia sub noctem suspecta essent etiam illa quae tutiora sunt, cavendaque tenebrarum ambigua, maxime quia locorum incolae non essent de filiis Israhel, et ideo praevertendum, ne quid adversa studia gerentes insidiarum inferrent, obscuro noctis dolum quaerentibus ad perpetrandum facinus satis oportuno. Sed domino eius haudquaquam placuit sententia, ut inter alienigenas hospitio succederent, cum Gaba et Rama non longe abessent, civitates Beniamin. Itaque praevalens sententia posthabuit servuli suggestionem, quasi ex condicione consilium aestimaretur et non consilio quamvis infima

---

52–58 *cf.* Iudd. 19,10 **54** viam celerabant] *cf.* Verg. Aen. 5,609 **54sq.** *cf.* Ios. Flav. 5,138 **56sq.** vario ... sermone viam levaret] *cf.* Verg. Aen. 8,309 **57–63** *cf.* Ios.Flav. 5,139; Iudd. 19,11 **63** obscuro noctis] *cf.* Verg. Georg. 1,478 **64–68** *cf.* Ios.Flav. 5,140; Iudd. 19,12sq.

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

52 iter suum *om.Nac.* animo *P* dilectum **d** **54** celerabant] ecel- *Aac.K*, accel- *Apc.P*, c(a)elebrabant *Eac.MSW* **d**, celebrant *O* **55** sensus *om.K* fructus *AKN* **56** mulieres *Aac.* vernaculi] -lae *O*, -lis *B* uia *L* **56sq.** viam levaret] uiam el- *Mac.*, uiolauerat *Bac.*, mulcebatur *Bpc.* **57** ubi] *add.* iam *N* appropinquauerunt *BNS* **58** aberant *Ear.*, aderat *B* tunc temporis *om.* **ae**, temporis *om.* **r**, tunc corporis *Lac.* **60** nocte *MO* suspensa *O* **62** praevertendum] -do *Bac.*, reuer- *Fac.*, diuer- *Fpc.* **63** inferrent] *add.* ut *AMsl.S* **ade** **65** hautquamquam *M*, aut quaquam *B* placuit *om.O* **66** aligenas *M* gabaa *MP*, caba *B* **67** adessent *Bac.* ciuitatis *M* **68** seruulis *Bac.* **69** extimaretur *AK* **d** infima **erm**, infirma *ABEFKLMNOPSW* **ad**

condicio ablevaretur. Et iam sol in occasu erat; denique vix occurrit, cum iam urgeretur vespere in civitatem succedere.

6. Gabaonitae incolebant locum, inhospitales, immites, intolerabiles, omnia tamen tolerabiliores quam si aliquem hospitio recepissent. Denique commodius huic viro Levitae cesserat, si in Gabaa hospitium non repperisset. Verum ne quid deesset offensionis, primo ingressu diversorium non repperit, et cum in publico situs alienam misericordiam imploraret, offendit advenientem ex agro senem, quem vesper ex opere agresti compulit nocti decedere. Et cum esset ei conspicuus, rogatus quo iret et unde adventaret, respondit: De Bethleem Iuda revertor, contendo ad montem Effrem et mulier est mecum. Sed ecce huc deverti, et nemo est qui hospitio recipiat et requiescendi usum ministret. Non quo cibi aut potus sibi aut pecori pabulorum esset indigentia, sed tecti hospitio prohiberentur; praesto esse illa, nudum tecti hospitium desiderari. Ad ea senior benigne satis et placide: Pax, inquit, tibi et succede hospes pariter et civis; nam et mihi origo de montis Effrem partibus et hic

---

70sq. *cf.* Iudd. 19,14 **73–92** *cf.* Iudd. 19,15-21 **78–92** *cf.* Ios.Flav. 5,141-142 **86** hospitio prohiberentur] *cf.* Verg.Aen.1,540

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

70 ableuatur *M*, alleuaretur *Bpc.O* **m** iam *om.P* occasum *Nar.* **71** iam *om.P* **74** intolerabiles] *add.* ad *Fmp.sl.Ssl.* tolerabiliora *AK* **ae**, -biles *O* **75** recepis *Fac.* huc *M* **75sq.** cesserat leuite *tr.OW* **76** cessat *K*, recesserat *M* hospitium] *add.* nocte *Asl.mp.M* **d**, *add.* si *Mac.* **77** deesset offensionis] defensionis *M* devorsorium *Bac.*, diuor- *Bpc.* **79** imploret *M* **80** egresti *EM* componit *EWac.* nocte *Bpc.Fpc.W* **m** decere *M* **80sq.** ei esset *tr.L* **81** interrogatus *F* auentaret *ex* uentaret *Mpc.* respondet *W* **82** Iudae **ae** ad montem *om.L* **83** ecce *om.AKM* hic *P* diuerti *M* **rm**, deserti *P* **85** potius *Mac.* **86** tecti] *add.* si *Nsl.* hospitio] *add.* non *Nsl.* esse *om.M* **87** desideraui *B*

hospitalis habitatio, sed temporis diuturni incolatus sedes fundavit. Itaque receptos domicilio ministerio sui et subsidiis hospitalibus iuxta fovit.

7. Hortabatur ad laetitiam senior et frequentioribus provocabat poculis, ut vino adoleret curarum oblivia, cum subito circumsistunt eos Gabaonitae iuvenes ad omnem proiecti libidinem, nihil pensum ac moderatum habentes, quos forma mulieris illexerat et in omnem amentiam praecipitabat. Capti enim eius decore et per senectutem hospitis atque infirmitatem subsidii accepta spe potiundi poscunt mulierem et pulsant ianuam. **8.** Itaque egressus senior rogabat eos, ne hospitales mensas turpi flagitio foedarent et reverendum ius etiam indomitis barbararum gentium nationibus violandum arbitrarentur. Contribulem illum sibi, Israhelitem virum, legitimi tori subnixum copula non sine indignatione caelestis arbitri tanta affici contumelia. Quod ubi parum procedere advertit, esse sibi filiam virginem adiecit, illam se offerre, maiore parentis dolore, sed minore gratiae hospitalis dispendio; publicum flagitium privato dedecore tolerabilius haberi. At illi exagitati aestu furoris et

---

95–100 *cf.* Ios.Flav. 5,143, *aliter* Iudd. 19,22: Educ virum, qui ingressus est *eqs.* **96** nihil – habentes] *cf.* Sall. Cat. 12,2 **100–121** *cf.* Iudd. 19,23-26; Ios. Flav. 5,143-147

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

90 hospitales *Bac.* temporis diuturni *correxi*, tempus diuturni *P*, tempore diuturno *cett. edd.* sedem *O* **92** iusta *M* **94** aboleret *Aac.Fpc.PWpc.* **m** oblivio **ae** **96** hac *E* **97** formam *Mac.* mulieres *Bac.* intellexerat *Bac.* **99** potiendi *Epc.m1MOPSW* **ade** **101** ne *om.Aac.* federant *Lac.* **102** indomitibus *Aac.* barbararum] barbarum *Aac.EFac.m1MNac.Sac.W*, barbarorum *L* **103** inuiolandum *Mpc.* arbitrentur *M* sibi *om.Wac.* **104** israhelitam *Bpc.P* legitimo *Fpc.* thoris *L*, hori *Fac.*, honori *Fpc.m1* non sine copula *tr.M* **105** arbitri *K* **arm**, -rii *cett.*, -ris *Npc.* **106** procederet *AK* sibi *om. Mac.* filiam *om.EMac.OW* **108** dispendit *Aac.Mpc.*, dispendii *Apc.* **108sq.** publico flagitio privatum dedecus **r** priuatum *M* **109** habere **m** excitati *O*

inflammati incentivo libidinis eo amplius ardebant formam iuvenculae, quo magis negabatur, et iustitiae exsortes ridebant verba aequitatis, filiam senis, quia minore invidia sceleris offerebatur, despectui habentes. **9.** Itaque cum piae nihil proficerent preces et seniles frustra hospes manus tenderet desperato praesidio rapitur mulier et per totam noctem iniuriae impletur. Ast ubi lux finem intemperantiae dedit, ianuam hospitalem repetit, non quo viri conspectum exposceret, quem magis declinandum putaret contumeliae pudore miserabilis, sed affectum viro referret, quae castitatem amiserat, et contumeliae suae funus lamentabili specie ante ianuam hospitalem exponeret.

Egressus itaque Levita cum iacentem invenisset, arbitratus quod verecundia vultum nequaquam attollere auderet, consolari coepit, quia non voluntate, sed invita tantae iniuriae succubuisset, hortari assurgere et secum repetere domum, sed ubi nullum responsum referebatur, quasi quiescentem maiore voce e somno excitare. **10.** Verum ubi mortis supremae patuit fides, impositas iumento reliquias domum pertulit et divisos artus mulieris in partes duodecim misit per singulas tribus Israhel. Quo commotus universus popu-

---

122–130 *cf.* Iudd. 19,27-29; Ios.Flav. 5,148sq. **130–143** *cf.* Iudd. 20,1-13; Ios.Flav. 5, 150-153

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

111 negabantur *M* et] ut *Pac., om.B* **112** equitatus *A* **113** pie **d** **116** iniuria *Bpc.Fpc.* at *O* **erm** intemperantie finem *tr.P. add.* fidem *Mac.* **117** repperit *Lac.* **119** sed] *add.* ut **erm** **120** lamentabile *BELMNOSW* **d** **121** ianuam ante *tr.M* **122** Levita *om.O* **123** quod] *add.* prae *P* uultum uerecundia *tr.O* **124** invita tantae] inuitate *Eac.Sac., add.* n *Esl.m1,* inuitante (-ae *Wac.*) *Mac.Wac.,* inuite *A* **d** **125** subcubuisset *AEFLS* **126** sed – **127** excitare *om.O* quiescendum *Fac.L* **127** e *om.EMSW* **128** impatuit fides positas **d** inpositus *Mac.* **129** artos *Bac.* XII *BFLO* **130** singulos *A*

lus convenit in Massephat atque ibi querela per Levitam cognita omnes in bellum exarsere statuentes neminem virorum fas esse in tabernaculum succedere, priusquam de tanti sceleris auctoribus ultio capesseretur, animisque ruebant in proelium. Sed consilio prudentiorum praevertit sententia non temere confligendum bello cum civibus, sed prius verbis experiendum de flagitio et decernendum condicionibus pro delictis neque iustum videri, ut paucorum sceleris pretium ad omnes perveniret et privata adulescentium peccata statum salutis publicae labefactarent. Itaque miserunt viros qui denuntiarent Gabaonitis, ut tanti reos flagitii offerrent, sin autem, cognoscerent non minoris esse criminis tantum facinus defendisse quam exercuisse.

11. Verum illis superba referentibus consilia pacis bello mutata. Neque primo aut secundo conflictu, cum plurimi a paucis afflictarentur, cedendum Israhelitae adversis proeliis aestimaverunt; quadringenta enim milia virorum bellantium adversum viginti quinque Beniamin tribus et septingentos Gabaonitas expertos belli iuvenes decertabant. Et

---

135sq. praevertit sententia *i.q. plus valuit sententia, cf.* Plaut. Amph.1069 **144–149** *cf.* Iudd. 20,13-17; Ios.Flav. 5,154-156 **144sq.** pacis bello mutata] *cf.* Sall. Cat. 58,15 **149–152** *cf.* Iudd. 20,21-25; Ios.Flav. 5,157sq.

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

131 masphat *Fpr.KOPW* **ar**, assephat *M* **132** cognitam *Mac.* **133** tabernaculis *OW* **134** capesceretur *AP*, capessaretur *Kac.m1* animis itaque **rm** ruebat *O* **135** consilium *ABpc.KOP* **aerm** peruertit *M* **136** sententiam *ABEKLNP edd.* bellum *M* **139** perveniret] pertineret *EMOSW* ex *W* **140** statim *Wac.* labefacerent *B* **142** flagitii *om.O* **143** quam *om.Aac.* exercuisti *K* **144** illi *Bac.* consilio *W* **145** conplurimi **d** **146** caedendum *E* aduersus *A* **147** aestimarunt **rm**, extimauerunt *M*, existi- **a** CCCC *ABEFKMNOW*, quadraginta *P* enim *om.***d** millia **m** **148** adversum *om.Nac.* viginti quinque] XXV *ABEFKLMNW*, *add.* milia *HOS edd.* septingentos *LS edd.*, ducenti *L*, DCC *cett.*, *del.B* **149** decertarent *Lac.*

cum sinistra sorte duo sibi iam cecidissent proelia, animi tamen promptus haudquaquam deposuit Israhel vincendi fiduciam et ulciscendi praesumptam spem. **12.** Sed quia causa numeroque praestantiores, inferiores pugnae eventu pedem rettulerant, divinam offensam rati ieiunio et fletu maximo reconciliationem gratiae caelestis affectavere. Itaque orata domini pace acriores in bellum revertuntur, utpote quibus oraculum animos dederat, spem accumulaverat. Et simulato a fronte quod cederetur ac dispositis per noctem insidiis a tergo urbis, in qua locata erat manus hostium, dum hi cedunt et illi insectantur, invadendi urbem vacuam facta copia et mox admoto incendio flammarum fragor atque aestus furens captae urbis speciem manifestarunt. Quo et suis fracti animi et erecti hostium. Nam et Beniamin viri clausos se et circumventos rati, priusquam a tergo invaderentur, dispergere sese atque in desertum fugere coeperunt et contra Israhel gemino agmine urgere eos ac palantes persequi.

152–178 *cf.* Iudd. 20,26–21,1; Ios.Flav. 5,159-164

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

150 forte **a** iam sibi *tr.EMOSW* cessissent *P* animi] -mus *O*, animositate *P* **151** aut quamquam *M* **152** fiduciam] uictoriam *O* presumpta *L* **153** inferiores *AKP* **erm**, -ris **d**, -re *cett.* **a** **154** retulerat *KM*, retulerunt *L* diuinum **d** **158** simulato a] -lata *P* quo *Eac.* cederent *O* **159** a tergo] at ergo *EL*, atque ergo *M* **160** hi] hii *AFpc.K*, ii *O*, i *M*, in *N* sectantur **m** **160sq.** uacuam urbem *tr.O* **161** et mox admoto *del.B* admoto] amoto *A*, *add.* statimque admoto (*del.MW*) *BEFLMac.NWar. (glossa ut videtur)*, *add.* statimque adulto **erm** **162** fragore *S* **d**, flagro *MOac.*, frago *EWac.* aestu *EMOSWac.* **d** furentes *S* **163** suis] sui sunt *Wpc.* factis *M* **164** se *om.O* **164sq.** at ergo *L*, atque tergo *Mac.* **165** invaderentur] cederentur *P*, *add.* uel inuaderentur *Psl.* **166** et contra] e contra *Apr.Spc.* **r**, et econtra *P* **167** ac] et *EMO*

13. Caesa itaque viginti quinque milia, id est omnes fere de viris Beniamin praeter sescentos qui arrepto scrupeae rupis munimento partim loci ingenio et subsidio naturae, partim desperatione victoribus terrori fuere. Nam secundae res cautionis admonent, in adversis ultio pro victoria haberetur. Nec feminarum numerus tanti discriminis exsors fuit, sed omnis tribus Beniamin muliebre secus cum pueris et puellis omnique aetate gladio aut igne exstinctum sacramentumque additum, ne quis tribus illius viro filiam suam in uxorem daret, quo reparandi nominis omnis aboleretur successio.

14. Belli finis simul atque irae factus et furor in paenitentiam vertit armisque positis in unum convenientes viri Israhel fleverunt fletum magnum et celebrarunt ieiunium dolentes unam tribum perisse ex fratribus atque exstinctam populi sui validam manum; iure quidem pro delicti pretio bellatum adversum propugnatores flagitiorum, sed misere

---

170 loci ingenio] *cf.* Sall. Hist. frg.3,28 **174** muliebre secus] *cf.* Sall. Hist. frg.2,70 **179–212** *cf.* Iudd. 21,2-14; Ios.Flav. 5,164-168 **179** belli – factus] *cf.* Sall. Iug. 5,5

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

168 caesi *B* viginti quinque *AKNS edd.*, XXXV *M*, XXV *cett.* milia *om.EFLMPW* **169** sexcentos *AEpc.FLMNPSW edd.*, .DC. *O* scropeae *O*, scrupe *K* **170** loci – **171** partim *om.EMac.OW* **171** terroris *Fpc.* **172** admonent] *add.* ne *Wsl.* habetur *Apc.Bpc.LOPS edd.* **174** omnes *S* **d**, -ne *BF* Beniamin] *add.* in *BEFMOPW*, *add.* ac *L* muliebre *Aac.EFac.KMNSWac.*, -bris *Apc.L edd.*, -bres *O*, -bri *PWpc.*, -brem *Fpc.*, muliere *B (cf. apparat.font.)* secus *BFac.*, sexu *PWpc.*, sexus *cett. edd.* **175** omni *M* exstinctum] -i *O*, -a *P*, -us *Apc. edd.*, -o *Wpc.* **175sq.** sacramentum additumque *Bac.*, additumque sacramentum *Bpc.* **177** aboletur *Bpc.M* **178** succensio *K* **179** furor] *add.* em *Osl.* **180** vertit] uersus *P* viri] filii *O* **181** fletu magno *P* celebrauerunt *A* **184** adversum] *add.* me *M*

in sua populum conversum viscera et bello civili utrimque afflictum. Lacrimarum effusio movit passionem animi et affectum pepulit, saevitiae ratio successit missique legati ad sescentos illos Beniamin viros, qui per quattuor menses edito se praeruptarum tuebantur rupium aut deserti indigentia, quae multitudini obsidentium periculosa foret. Deploraverunt communem illam esse aerumnam, quod illi contribules, isti cognatos et socios amisissent, sed tamen non penitus interceptam reparandae tribus successionem. Consulere se in medium, quomodo et sacramenti fides sibi constet et tribus una nequaquam a corpore avulsa intercidat.

15. Altari itaque posito reconciliationis et pacis oblatum sacrificium. Et quia Iabis Galaad populus erat poenae et maledicto obnoxius – obstrinxerat enim se omnis Israhel magno sacramento, ut si quis non ascendisset cum eo ad puniendum flagitium, morte moreretur –, duodecim milia bellatorum directa, ut et viri omnes et mulieres ferro exstinguerentur, solas virilis tori exsortes reservarent adulescen-

---

185 in – viscera] *cf.* Lucan. Phars. 1,2sq. **201** duodecim milia] *cf.* Ios.Flav. 5,164, *secus* Iudd. 21,10 (X milia)

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

185 populum conuersum in sua *tr.O* pocula *L* utrimque] utriumque *A*, utrumque *BOPW edd.* **186** mouit *M (?)* **aerm**, mouet *cett.* **d** **187** perpulit *BEFLOSW* **m**, pertulit *M*, perculit **aer** missisque *A* legatis *Apc.* **188** sescentos] sexc- *Apc.Epc.MNSW edd.*, se *L*, *om.FP*, DC *cett.* viros] ros *Bac.* **189** editos *Epc.* **190** multitudinis *Bac.* periculo **m** **191** illam *om.Nac.* esse *om.* **rm** **192** illi *ex* illis *A* cognati *OW* socias *O* **193** reparandae *Bpc.Fpc.OP* **arm**, parandae *cett.* **d** successione *K* **194** et *om.Bac.* **195** intercidet *Sac.* **197sq.** oblato sacrificio *P* **198** iabes *Bpc.K* **199** maledictioni *P* se enim *tr.N* **200** magna *M* sacramento magno *tr.B* ascenderet *P* **201** duodecim *EMPSW edd.*, XXII *K*, XII *cett.* milia *om.Aac.FKLNPW* **202** directa] *add.* sunt *P* **202sq.** extinguerentur ferro *tr.Oac.* **203** sola *Fac.* et sortes *K*

tulas. Interfectis itaque omnibus Iabis Galaad solae virgines quadringentae exitio ceterorum superfuerunt. Quas accipiens Israhel statuit viros Beniamin belli metum deponere et in coniugium sibi sumere integras aevi iuxta ac pudoris puellas, quibus et causa esset apud viros integra, quod nemo suorum adversum eos bellum susceperat, et caritatis gratia, quia propter eos supremo supplicio ereptae forent. Hoc igitur modo quadringentis iuvenibus quaesita copularum consortia sunt.

16. Sed quia ducenti numero supererant, quibus iugales deerant, his quoque sine fraude sacramentorum consultum accepimus. Dies festus in Selom quotannis celebrabatur. Ibi exsultare solitae virgines et choreas ducere in honorem religionis, aliae praeire matribus et totum iter agmine viantum repleri. Dixit unus ex senioribus: Si ducenti illi tribus Beniamin viri intra vineas siti excubias tenderent, donec se omnis feminea turba effunderet, et surgentes ex vineis unusquisque quam occursus dederat, uxorem sibi vindicaret, fraudi id nequaquam futurum. Populum etenim favere re-

---

207 integras aevi] *cf.* Verg. Aen. 2,638 **213–236** *cf.* Iudd. 21,15-22; Ios.Flav. 5,168-172

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

204 iabes *Bpc.* **205** quadringentae *LPS edd.*, CCCC *cett.* exilio *K* **207** et] ut *AK* **d** coniugium] congruum *Oac.* sumerent *ABK* **d** integra seui *L* iuxta] *om.* **aer**, iuxti *Fpc.* hac *EM* **209** aduersus *O* **210** supplicio] iudicio *Lac.* erepto *Fac.L* **211** quadringentis *ALPSWpc. edd.*, CCCC *cett.* **213** quia] *add.* a *M* ducenti] docent in *Bac.Fac.*, ducenti in *Fpc.*, .CC. *O* numeros *Bac.*, munere *Mac.* **214** is *EWac.*, iis **aerm** fraudo *Fac.* **215** accipimus *O*, acceperunt *P*, *add.* uel pimus *Psl.* sylo *PS* **a**, selon *O*, silo **drm** quod annis *Eac.Mac.* celebrantur *Bac.*, celebratur *Bpc.* **ae** ubi *K* **217** uiantium *OP* **218** impleri *OP* e *BELNOPW* **219** uinea *P* extenderent *L* **220** e *N* **221** dederit *P* **rm** uendicaret *Apc.Spc.Wpc.* **r** **222** futurum] *add.* in *Fmp.sl.* *post* populum *interp.AEFKMNOW* **ad**

parandae tribus successioni; propter sacramentum impertire non posse filiarum suarum societatem neque tamen contra sacramentum videri, si prohibendum non putaret, quia sacramento neque cogendi neque prohibendi necessitas imposita videretur. Illos sibi sine metu consulere oportere. Sane si puellarum parentes vindictam efflagitarent, partim prece partim etiam retorquendo in ipsos invitae culpam custodiae sese revocaturos, quia cum scirent Beniamin viros exsortes esse iugalium, cum filiabus processerint. Dignam sane tribum iam non poena, sed misericordia. Satis dure saevitum in eos et debellatam corporis sui partem. Immoderatius exarsisse plebem, ut successionem domesticam exstingueret atque ex suis negaret. Placere deo non perire populo tribum neque pro una muliere tam acerbe consuli.

17. Probaverunt consilium Israhelitae, exsecuti sunt viri Beniamin. Et dispositi in vineis loco oportuno et tempore plenas feminei agminis vias occupaverunt. Praebuit illis festum nuptiarum religionis sollemnitas. Avulsae de complexu patrum filiae, tamquam in manum ab ipsis parentibus tradebantur et velut pactam e gremio matris non abduci sed prodire arbitrareris. Ita tribus Beniamin paene

---

237–244 *cf.* Iudd. 21,23sq.; Ios. Flav. 5,172-174 **240sq.** avulsae de complexu patrum] *cf.* Verg.Aen. 4,616

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

223 impartire **adr**, impertiri *Fpc.* **225** putarent *Fpc.* **227** uidetur *AK* illo **a** sine] ne *B*, *om.Aac.* **229** retorquendae *Fpc.P* ipsos invitae *S* **aem**, ipso (-os *pc.*) sint //// *F*, ipsos indiligentis **r**, ipsos *Oac.*, ipsos sint uiae *Mpc.Opc.*, ipsis sint uiae *P*, possint uiae *Mac.*, ipsis *Npc.*, ipso sint uiae *cett.* **d** culpam] -pae *F*, *om.O* **230** custodiae *om.BO* serere uocaturos *M* ros *Bac.* **231** processerunt *S* **232** sane] sine *Wsl.* **233** saevitium *Aac.K* **234** secessionem *O* **235** suis] *add.* filiabus uxorem *Nsl.mp.* necaret *AK* **aerm** placeret *A* perire] *add.* ex *P* **238** et *pr. om.M* dispositis *M* **241** matrum *P* **242** patris *W* **243** arbitreris *M* poene *K* **d**, poenae *FN*

intercepta atque exstincta brevi floruit, documentum exhibens quod magno exitio sit insolentibus vindicta pudicitiae et laesae castitatis ultio.

18. Nec hoc solo loco, sed plerisque scriptura hoc docet. Nam et in Genesi legimus exercitum *quaestionibus* regem Aegypti *Pharao*, quod Sarram attemptavisset et tamen alienam esse uxorem nesciebat.

19. Est igitur domino castitatis tuendae voluntas; quanto magis est defensandae integritatis! Unde nulla debet virginibus sacris irrogari iniuria. Quae enim *non nubunt* et qui *uxores non ducunt* habentur *sicut angeli in caelo*. Et ideo caelesti gratiae non inferamus corporalem contumeliam, quoniam potens est deus, quem nec praevaricatio praetereat et moveat accepti sibi muneris et consecratae virginitatis acerba et gravis contumelia.

Vale, frater, et nos dilige, quia nos te diligimus.

248sq. *cf.* Gen. 12,17 **253sq.** Mt. 22,30; Luc. 20,35sq.

ABEFKLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

244 documento *Wpc.* **245** sit *om.Nac.* **249** Pharaonem **aer**, farao *EMS* Saram *OP* **aerm** et *om.M* **251** tuendae *om.Mac.* **252** est *om.K*, et *B* **254** angeli] *add.* dei **rm** **255** celestis *A* **256** praevaricatio *om.S* **257** acceptis *EFar.LMWac.* muneribus *Fpc.* consecratis *M* **259** frater *om.O* nos *alt. om.Bac.* diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

LVIII (*Maur.60*)

Ambrosius Paterno

1. Paterni quidem, unanimi mei, salutationem legi, sed consultationem haudquaquam paternam, ut velis filio neptem copulare ex filia, sed nec avo te nec patre dignam. Itaque quid consulueris considera. Omne enim quod agere volumus, prius nomen facti eius interrogemus et tunc utrum laude an vituperatione dignum sit aestimabimus.

Verbi gratia misceri mulieri quibusdam voluptas est, medicorum etiam pueri corporibus utile ferunt, sed considerandum utrum coniugi an extraneae, deinde nuptae an innuptae. Si quis desponsata sibi et tradita utatur, coniugium vocat. Qui alienae expugnat pudorem, adulterium facit, cuius vel solo nomine reprimitur plerumque temptandi audacia. Hostem ferire victoria est, reum aequitas,

---

1 *Scripta inter annos 393 et 396, cf. l.75sq. et Proleg.* **2** Paterno] *sc. Aemiliano Floro Paterno ut videtur, proconsuli Africae a.393 et comiti sacrarum largitionum a.396-398, cf. Proleg. et infra l.74*: a quibus (*sc. imperatoribus*) amplissimum accepisti honorem **10** medicorum pueri] *i.q. medici, cf.* In ps. 36,3; Thes.l.Graec. Stephanus VII *p.55 C-D* (ἰατρῶν παῖδες); V *p.498*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

1 LVIII *Apr.Wpc.*, LVIIII *Aar.BEFLMN*, LXIIII **d**, LXIII *O*, LXVI *P* **a**, XLVIII **r**, *om.HKS* **2** Ambrosius episcopus **r** Paterno] *add.* .s. **d** **3** unanimi] animi *Aac.Kpr.*, unami *Kac.*, unanimis **aer** saluationem *E* **4** consultationem **arm**, *add.* al. ulta *Wsl.*, consolat- *cett.* **d** aut quamquam *W*, haut quamquam *M* **7** eius ut *ex* eiut *A* **8** aestimabamus *Aac.*, existimabimus **ar** **9** mulieribus *Fpc.* **10** medici *Wpc.* pueri] -rorum *W*, periti *Epc.* corporibus] *add.* id *Emp.* utile] ut ille *Aac.* **11** deinde] *add.* in *Msl.* **11sq.** an innuptae *om.M* **12** coniugio **r** **13** uocatur *O*, vacat **r** qui alienae] nam qui nae *Aac.* **14** temptandi] aptandi *EMOSW*, attemptandi *H*, tentandi (*sim.semper*) *edd.* **14sq.** audatia temptandi *tr.F* **15** audaciam *S* victoria] audacia *F*

innocentem homicidium; quod si quis praecipiat animo, revocat manum. Ergo etiam tu quid consulas, quaeso, tecum retractes.

2. Coniugium vis inter filios nostros componere. Quaero utrum pares copulandi an impares sint. Sed nisi fallor, compares appellari solent. Boves qui iungit ad aratrum, equos ad currum, pares eligit, et ut aetas conveniat et forma nec natura discrepet nec decoloret diversitas. Tu copulare paras filium tuum et neptem ex filia, hoc est ut accipiat sororis suae filiam, diversa licet matre quam socrus editus. Interroga nominum religionem. Nempe avunculus iste illius, illa huius neptis vocatur. Nec ipse te revocat sonus nominum, cum hic avum resonet, illa hoc nomen ad avunculum, quod ad avum, referat? Quanta deinde etiam reliquorum confusio vocabulorum! Idem avus et socer vocabere, ea quoque tibi neptis et nurus diverso nomine nuncupabitur. Mutuabuntur etiam fratres diversa vocabula, ut illa socrus fratri sit, iste gener sorori. Nubat avunculo suo neptis et immaculatorum pignorum caritas illecebroso amore mutetur?

21–23 *cf.* Ovid. ep.Her. 9,29–32

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

16 quot *L* praecipiat *ABFKN* **d**, recipiat *EHMOSW*, percipiat *LP* **aer**, perspiciat **m** **17** qui *Eac.MW* tecum] te ut *Fpc.* **18** tractes *EHMac.OSW* **d** **19** vis *om.Nac.* **20** copulanda *EMWac.* an impares] animi pares *Aac.K* **21** *post* boves *interp.* **ae** iunguntur *Emp.HOSac.W* **d** **22** elegit *Bac.O* ut et *tr.LP* cum ueniat *A* **23** discopulet nec discoloret *B* **25** suae] sui *K*, filiae *H* licet diuersa *tr.P* **27** ipsa *M* **28** resonet – **29** avum *om.Lac.* hoc nomen ad] ho nomin (nomen *pc.*) ad *E*, hob (*i.r.*) ////// *M* nomen *om.A* **29** quid **a** ad *om.Oac.* **30** vocabere *Bpc.Epc.HLS* **aerm**, uocauere *Bac.Eac.FNac.W*, -beris *P*, uocari *AKMpc.* **d**, uocare *Mac.O* **31** eam *EKLMNar.W*, aeam *Bac.*, iam *L* **32** mutuabitur *M* frater *M*, fratrum *Npc.* **33** fratri *HS* **ader**, fratrum *Npc.*, fratris *cett.* **m** iste *om.Mac.* sororis *Fpc.Npc.P* **m** **35** utetur *OWpc.*

3. Super hoc igitur meam a sancto viro, episcopo vestro, exspectari dicis sententiam. Non opinor neque arbitror. Nam si ita esset, et ipse scribendum putasset; non scribendo autem significavit quod nequaquam hinc dubitandum arbitraretur. Quid enim est quod dubitari queat, cum lex divina etiam patrueles fratres prohibeat convenire in coniugalem copulam, qui sibi quarto sociantur gradu? Hic autem gradus tertius est, qui etiam civili iure a consortio coniugii exceptus videtur.

4. Sed prius sacrae legis scita interrogemus; praetendis enim in tuis litteris quod permissum hoc divino iure conubium huiusmodi pignoribus existimetur, eo quod non sit prohibitum. Ego autem et prohibitum assero, quia cum leviora interdicta sint de patruelibus fratribus, multo magis hoc, quod artioris est plenum necessitudinis, interdictum arbitror. Qui enim leviora adstringit, graviora non solvit sed alligat.

40sqq. *cf.* Iurisprudentia Anteiustiniana 2,1 p.184 nr. 6; Ulpian. Reg. 5,6 lex divina] *fortasse* Lev. 18,6: omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedet?

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

36 viro] curo *Aac.K*, cinegio *Apc.*, cero *Mpc.* **37** sententiam dicis *tr.* **m** dicis] didicis *EMW*, didici *HS*, *om.* **aer** nec *Nac.* **38** ita *om.Mac.* scribendo] -um *EHMNOSac.* **d** **39** ne quamquam *M*, haud quaquam *F* **39sq.** arbitretur *EHMOSW* **ader** arbitraretur dubitandum *tr.K* **40** dubitare *Nac.* **42** sociatur *M*, -ientur *Nac.* gradum *Ear.* **45** sacra elegis *M* **46** permissum] missum *Eac.*, missus sum *Mac.*, permissum (-us *H*) *HSac.*, permissus sum *Apc.Mpc.* **48** prohibitum *alt.*] -tus *M* quia *om.Nac.* **49** de – **50** interdictum *om.B* **50** artioris] arctioris **rm**, *add.* angustioris tristioris *K* necessitudinis] *add.* affectionis propinquitatis *K*

5. Quodsi ideo permissum putas, quia specialiter non est prohibitum, nec illud prohibitum sermone legis reperies, ne pater filiam suam accipiat uxorem. Numquid ideo licet, quia non est prohibitum? Minime. Interdictum est enim naturae iure, interdictum est lege quae est in cordibus singulorum, interdictum est inviolabili praescriptione pietatis, titulo necessitudinis. Quanta huiusmodi invenies non esse interdicta lege per Moysen edita et tamen interdicta sunt quadam voce naturae. **6.** Multaque sunt, quae licet facere sed non expedit. *Omnia* enim *licent sed non expediunt, omnia licent sed non aedificant.* Si ergo etiam ab his nos revocat apostolus quae non aedificant, quomodo faciendum putamus, quod et non licet legis oraculo et non aedificat discrepante pietatis ordine? Et tamen illa ipsa vetera, quae fuerant duriora, temperata sunt per evangelium domini Iesu: *Transierunt vetera, ecce facta sunt nova.* **7.** Quid tam sollemne quam osculum inter avunculum et neptem, quod iste quasi filiae debet, haec quasi parenti? Hoc igitur inoffensae pietatis osculum suspectum facies de talibus cogitando nuptiis et religiosissimum sacramentum caris pignoribus eripies?

57sq. in cordibus singulorum] *cf.* Rom. 2,15 **62** *1Cor. 10,23 **67** *2Cor. 5,17

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

53 ideo] deo **a** est] *add.* illud **r** **54** nec illud prohibitum *om.Oac.* sermone legis *om.P* ne] nec *LNar.OWar.*, ut *H* **55** uxorem accipiat *tr.O* ideo *om.O* **56** enim – **58** est *om.O* **57** iure naturae *tr.S* **d** **58** praescriptione] *add.* ordine *K* **62** sed] quae *M* etenim *P* non *alt.*] *add.* omnia *LM* expediunt – **63** non *om.***d** omnia *alt.*] *add.* enim *Msl.* **63** non] *add.* omnia *L* si – **64** aedificant *om.Mac.* iis **arm** **68** ecce] et *Mac.*, et ecce *Mpc.* sunt] *add.* omnia **r** **69** istae *N* **71** suspectum] susceptum *ABac.Eac.mg.Fac.KMNac.OW* nuptiis cogitando *tr.O*

8. Sed si divina te praetereunt, saltem imperatorum praecepta, a quibus amplissimum accepisti honorem, haudquaquam praeterire te debuerunt. Nam Theodosius imperator etiam patrueles fratres et consobrinos vetuit inter se coniugii convenire nomine et severissimam poenam statuit, si quis temerare ausus esset fratrum pia pignora. Et tamen illi invicem sibi aequales sunt; tantummodo quia propinquitatis necessitudine et fraternae societatis ligantur vinculo, pietati eos voluit debere quod nati sunt.

9. Sed dicis alicui relaxatum; verum hoc legi non praeiudicat. Quod non in commune statuitur, ei tantum proficit cui relaxatum videtur longe diversa invidia. Illud tamen licet in veteri testamento legimus, ut aliquis uxorem suam sororem diceret, istud inauditum, ut quisquam neptem suam in uxorem accipiat et coniugem dicat.

10. Iam illud pulcherrimum quod negasti neptem tuam avunculo suo, tuo filio, propinquo semine convenire, quia

---

73sq. imperatorum praecepta] *cf. legem Constanti et Constantis a.342 latam* cod.Theod. 3,12,1 **75** Theodosius] *lege nobis ignota, sed Honorius et Arcadius VI Id. Dec. a.396, cum Paternus iam altero suo munere fungeretur, de incestis nuptiis decretum ediderunt* (cod.Theod. 3,12,3): si quis incestis posthac consobrinae suae vel sororis aut fratris filiae ... sese nubtiis funestarit ... ; *cf. etiam quam dicit legem Augustinus* hoc tempore *latam contra consobrinorum quoque coniugia* (civ. dei 15,16) **85sq.** *cf.* Gen. 12,13; 20,2

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

73 si *om.Mac.Nac.* diuine *M* te *om.AKM* saltem *AHN edd.*, saltim *cett.* **74sq.** (h)aut quamquam *Aac.MW* **75** preteriri *Apc.* te *om.AKMO* **76** inter – **78** esset *om.O* **77** nomine *om.Sac.* **78** esset *Bpr.HLP* **arm**, *add.* et *cett.* **d** **79** sibi *om.O* **81** pietatis *Apc.MO* debere] habere *EHMOSW* **ad**, *add.* de *Msl.* quo *Apc.* **82** legi *om.EHMOSW* non] *add.* praesum (*ras. 4 litt.*) non *M* **83** non *correxi*, enim *codd. edd.*, enim non *Faller, cf. Proleg. 5.3* profecit *Bac.EHLNac.OSW* **84** invidia] iniuria *S* **ader** **85** licere *Apc.* **86** duceret *LP* **87** ducat *P* **88** iam *om.F* **89** filio tuo *tr.* **d** propinquo *AFKMpc.OSpc. edd.*, -i *cett.* conuenire propinquo semine *tr.O* semini *FL* **m**

non agnationis copuletur necessitudine. Quasi vero et uterini fratres, id est diverso patre sed eadem matre geniti, possint diverso sexu inter se coniugium convenire, cum et ipsi agnationis ius habere non queant, sed cognationis tantum sibi titulo conexi sint.

11. Unde oportet ab ea discedas intentione, quae etiamsi liceret, tamen tuam familiam non propagaret. Debet enim tibi filius noster nepotes, debet etiam neptis carissima pronepotes.

Vale cum tuis omnibus.

LVIIII (*Maur.84*)

Ambrosius Cynegio

1. Quam ingenuo commendasti pudore, quia de eo consuleres quod non probares, sed morem gereres parenti, ut pietatem non laederes, securus quod non aliud a me posset

---

2 Cynegio] *filio Paterni, cf. ep. praeced.*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

90 agnationis] agnitionis *Aac.BEFac.KLNOac., add.* ei legitimo iure, sed cognationis **er** quasi] quae si *Bac.EN* et] ut *Apc.* **92** possent *AK* inter se] *om. P, add.* in *Fsl.* **m**, *sed cf. In ps. 43,62 (p. 305,12)* coniugio *Bpc.P* **aer** convenire *om.L* et *om.EHMOS* **93** agnitionis *BFac.LNac.Oac.*, agrat- *Mac.* nequeant *A* **94** sunt **d** **95** portet *L* **97** tibi *Bpc.OW* **arm**, *add.* filia (-iam *H*, filia et *P, del.F*) *cett.* **d** neptis] nepotis (-es *M*)*MN* **98** proneptes *M* **99** vale – omnibus *om.O, add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 LVIIII *Wpc.*, LX *BEFKMN* **d**, LXIIII *AO*, LXVII *P* **a**, LXXII **r**, *om.HS* **2** cyneio *L*, cineigio *Aac.*, cigneo *O*, quinigio *F*, quinegio **a**, *add.* salutem **d** **3** ingenio *MW, add.* te **aer** pudorem *W* **5** secuturus *Bac.*

referri nisi quod sanctas deceret necessitudines. **2.** Ego vero libenter tua in me onera suscepi et avo neptem, ut opinor, refudi, quam nescio plane qua opinione nurum sibi fieri desiderabat, ut avum socero mutaret. Plura non opus est, ne hoc quoque accedat ad verecundiam.

Vale, fili, et nos dilige, quia nos quoque te diligimus.

LX (*Maur.90*)

Ambrosius Antonio

1. Numquam es tacitus mihi nec umquam tuo me transmissum silentio querar, qui sciam quod tuo non desim pectori. Nam cum id pendas quod pluris est, qui potes etiam id negare quod saepe etiam in multos defluit, non tam amoris usu quam officii vicissitudine? **2.** Ego vero etiam ex meo animo tuam vicem aestimo, ut numquam me tibi et te mihi absentem putem, quoniam semper animis haeremus,

---

2 Antonio] *verisim. eidem ac praefecto praetorio a.377/378 et consuli a.382, cf. Proleg.*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

6 diceret *Bac.Nac.*, decerneret *EHMOSW* **d** **7** me] mea *M* nepte **a** **10** nec *O* **11** diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 LX *Apr.Wpc.*, LXI *Aar.BEFKLMN* **d**, LXV *O*, LXVIII *P* **a**, LXXIII **r**, *om.HS*, *add.* familiaris epistula que sequitur *Amp.* **2** Antonio] *add.* salutem **d** **3** est acitus *EM* me *om.Eac.* **4** quaerar **a** **5** potest *BO* **6** negare id *tr.N* generare *AK* in *om.B* **7** usum *Bac.L* officio *Bac.* **8** existimo **a** **9** adhaeremus **m**

numquam tuas litteras mihi deesse opiner aut meas tibi, cum te cottidie coram alloquar, in te oculos studia atque omnia officia mea dirigam. **3.** His tecum delectat congredi; nam litterae tuae, ut aperte cum individuo pectoris mei loquar, verecundari me faciunt. Unde peto ut supersedeas gratiarum relatu; mihi enim mei in vos officii summa merces est, si me debito erga vos muneri non defuisse arbitrere.

Vale et nos dilige, quia ego quoque te diligo.

LXI (*Maur.89*)

Ambrosius Alypio

Antiochus, vir consularis, reddidit mihi eximietatis tuae litteras. Nec supersedi respondendi munere; nam per meos homines dedi litteras et, ni fallor, alia oborta copia

---

2 Alypio] *verisim. eidem ac Faltonio Probo Alypio praefecto urbi a.391, cf. Proleg.*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

10 mihi *om.EHMac.OSW* **d** opinarer *Apc.Epc.HMOSW* **d**, opinera *Eac.*, opinor **r** aut] ut *EHMac.OSW* **d** **11** alloquatur *M* in te] inter *S* in – **14** loquar *om.Wac.* **12** diligam *Bpc.* **13** pectore meo *P* peccore *L* **14** supersedeas] superi (-ius *pc.*) sedaeas *M*, superius sed eas *Aar.*, super sed eas *Apc.*, *add.* taceas dissimules *Kmg.* **15** gratiam *B* relatui *P* **16** si me] sine *Bac.Mac.* nos *EM* arbitrere *Apr.LNpc.*, -rerere *Aar.K*, -rare *BFNac.*, -rarer *Emp.HOSac.W edd.*, -rerer *Eac.*, -reris *P*, -rer *MSpc.* **17** ego] *om.O* quoque *om.FK* diligo] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

1 LXI *Apr.Wpc.*, LXII *Aar.BEFLM* **d**, LXVI *O*, LXVIIII *P*, LXIX **a**, LXXIIII **r**, *om.HS* **2** Alypio] alippio *N*, *add.* salutem **d** **3** antiocus *BEKL*, anthiocus *Pac.* vir consularis] uir c. *AKLMNS* **d**, u.c. *EW*, uir con *F*, uir clarissimus *HO* **r**, uir *B* **4** litteris *Nac.* respondi *EHMac.Sac.W* **5** ni] nihil *B*, nisi *FWar.* aborta *AEHMOW*

geminavi epistulam. Sed quia non tam remetienda amicitiae munia quam cumulanda arbitror, oportuit ipso praesertim regrediente qui me tanto litterarum tuarum affecit nomine, referri aliquod officium sermonis mei, ut ego utrique vestrum et ille tibi absolveretur, qui debebat referre quod acceperat.

Vale et diligentes te dilige.

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

6 remitienda *ABEFKNac.Sac.W* **d** **7** quam] *add.* contumeliam **d**, *add.* contumeliam non **ae** cumulanda] -am *HS* **ade**, cumulenta *Aac.*, cumulenda *K* **8** litteraturam *L*, litteram *M* affecit] *add.* honorauit *Kmg.* **9** nomine] munere **r** referri] -re *FHNOSWpc.* **d**, refert *EMWac.* **10** absolveretur] *add.* liberaretur manifestaretur *Kmg.* **12** dilige] *add.* contuli *BFL, add.* Explicit liber VIII (octauus **d**, nonus *Sac.*) *ABEKLMNW* **d**, expl(icit) *O*

LIBER NONUS

LXII (*Maur.19*)

Ambrosius Vigilio

1. Poposcisti a me institutionis tuae insignia, quoniam novus adscitus es ad sacerdotium. Et quoniam te ipsum aedificasti, ut oportuit, qui dignus habitus es tanto munere, quomodo et alios aedifices significandum videtur.

2. Primum omnium cognosce ecclesiam tibi domini commissam, ideoque vitandum semper, ne quid obrepat offensionis et fiat velut commune corpus eius gentilium admixtione. Unde scriptura tibi dicit: *Ne accipias uxorem de filiabus Chananeorum, sed vade in Mesopotamiam in domum Bathuel*, id est domum sapientiae, et eius tibi acquire copulam. Mesopotamia autem regio est in partibus orientis, quae

---

2 *Scripta a.385, cf. Proleg.* **3** Vigilio] *sc. episcopo Tridentino ut videtur (a.385-405)* **8** ecclesiam – commissam] *cf.* Act. 20,28 **11** *Gen. 28, 1-5 **13** Bathuel] *cf.* Fug. saec. 20 (*i.q.* sapientia vel filia dei); Philon. fug. et inv. 48–52 (*i.q.* σοφία = θυγάτηρ θεοῦ, οἶκος σοφίας); Hieron. Hebr. nom. 3,21 (*Lag.*) *al.*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[e]**rm**)

---

1 Incipit liber VIIII (nonus **d**, decimus *Sac.*) *ABEKLMNW* **d**, liber nonus **a**, *om.FHOP* **2** LXII *Apr.Wpc.*, LXIII *BEFKLN* **d**, LXIIII *Aar.EM*, LXVII *O*, LXX *P* **a**, XXIIII **r**, *om.HS* **3** Ambrosius episcopus Vigilio fratri **r**, *add.* .s. **d** **5** accitus **rm** **7** insinuandum **r** **8** cognosce] -ere **ae**, *add.* et *A* domini tibi *tr.* **drm** **9** ideo *W* **11** admistione *Aac.*, admixtionem *EMar.W* tibi *om.B* nec *AFKac.M* **12** chananaeorum *B* **arm** domo *NO* **13** batuhel *B*, batruel *L*, bat(h)uelis *M* **aer**, bathueli *Nac.* domus *FLP* eius] de filiabus Laban **r**, *om.B* **14** autem *om.Mac.*

duobus maximis per ea locorum Eufrate et Tigri fluminibus circumvenitur, quibus origo est in Armeniae locis, influunt autem diverso meatu in Mare Rubrum. Et ideo Mesopotamiae nomine signatur figura ecclesiae, quae maximis fluentorum, prudentiae irriguis atque iustitiae, fecundat mentes fidelium, quibus sacri baptismatis, cuius typus praecessit in Rubro Mari, infundit gratiam culpamque abluit. Doce ergo plebem, ut non ex alienigenis, sed ex domibus Christianis coniugii quaeratur copula.

3. Nemo fraudet mercennarium mercede debita, quia et nos mercennarii sumus dei nostri et ab eo laboris nostri mercedem exspectamus. Et tu quidem, o quicumque es negotiator, mercennario tuo mercedem pecuniariam negas, id est vilem, caducam, tibi autem negabitur merces promissorum caelestium. *Non fraudabis* ergo, ut lex dicit, mercennarium mercede sua.

4. Non dabis pecuniam tuam ad usuram, quoniam scriptum est quod is qui *pecuniam suam non dedit ad usuram*

---

15 Eufrate et Tigri] *i.q. prudentia et iustitia, cf. l.19;* ep. 4,130; Philon. leg.alleg. 1,63.69.72; *aliter* Flav.Ios. Ant.Iud. 1,3,39 (Eufrates = φοράς = σκεδασμὸς ἢ ἄνθος, Tigris = Διγλάθ = τὸ μετὰ στενότητος ὀξύ) **17** in Mare Rubrum] *cf.* Flav. 1,39 **19** prudentiae ... iustitiae] *cf. ad l.15* **24** *cf.* Deut. 24,14; Lev. 19,13 **25** *cf.* Mt. 20,8 **29sq.** non – sua] *cf.* Deut. 24,14sq. **32** Ps. 14,1.5

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

15 euphrate *AKN* **aer**, eufrathe *F* tigiris *Kpc.* **16** locis] partibus *L, add.* uel locis *Lsl.mp.* **17** Rubrum] Persicum **r** **18** fluentorum – **19** mentes] *om.Eac.m1*, hoc *Mac.* **20** sacris *Ear.MW* **21** mari (-e *N*) rubro *tr.HN* mare *Mac.* **22** ex *pr. om.B* **23** copula queratur *tr.M* **24** mercede mercennarium *tr.N* merce *L* debita mercede *tr.O* debiti *H* **25sq.** mercedem laboris nostri *tr.H* **aerm** **26** quicumque es o *tr.N* es *om.Mac.* **27** tuo *om.Mac.* pecuniam *Nac.*, pecuniarum *FHL* **28** mercedem *M* **31** pecunia *B* **32** is qui] si quis *FP*, si qui *L*

habitabit in tabernaculo dei. Nam ille supplantatur qui usurarum captat emolumenta. Itaque vir Christianus si habet, det pecuniam quasi non recepturus, aut certe sortem quam dedit recepturus. Habet in ea non mediocrem usuram gratiae. Alioquin decipere istud est non subvenire. Quid enim durius quam ut des pecuniam tuam non habenti et ipse duplum exigas? Qui simplum non habuit unde solveret, quemadmodum duplum solvet? **5.** Exemplo nobis sit Tobis, qui numquam requisivit pecuniam quam dederat nisi extremo vitae suae tempore, magis ne fraudaret heredem quam ut depositam pecuniam cogeret ac recuperaret. Populi saepe conciderunt faenore, et ea publici exitii causa exstitit. Unde nobis sacerdotibus id praecipue curae sit, ut ea vitia resecemus quae in plurimos videntur serpere.

6. Hospitem doce voluntarium magis quam ex necessitate esse oportere, ne in hospitio deferendo inhospitalem affectum animi sui prodat et in ipsa hospitis susceptione per iniuriam violetur gratia, sed magis excolatur officiorum usu et aliquo humanitatis ministerio. Non enim a te munera exiguntur ditia, sed officia voluntaria, plena pacis et convenientis concordiae. *Meliora sunt enim holera cum amicitia et*

40sqq. *cf.* Tob. 4,21; 9,4sqq. **53** *Prov. 15,17

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

33 ille] *add.* est *Esl.mp.S* **ader** supplantator *Epc.HMOSW* **ader**, -tus *N* usurarum] -rae *O*, -ram *Mac.War.*, -ra *Wpr.* **34** molumenta *Mac.W*, molimenta *O* **35** quasi] qui si *Mac.* aut – **36** recepturus *om.Eac.m1Mac.Nac.* sortem] forte *B* **36** gratiae usuram *tr.* **m** **37** alioqui *Bac.* **38** tuam *om.S* **39** exigas – **40** duplum *om.F* qui simplum] ab eo qui simplum *Apc.sr.* habet *EHMOSW* **40** exemplum *O* thobis *P*, tobias *edd.* **41** nisi] *add.* in *P* **42** suae *om.A* **43** reciperaret *Bac.E*, reciperet *HNac.OSW*, *add.* al. recuperaret *Ssl.* **44** saepe] sibi *FLP* condiderunt *F*, cecid- *O*, conderunt *Mac.* fenora *Fpc.* **46** recessemus *Mac.* **49** in *om.O* **50** violetur – **51** et *om.Mac.* excoletur *B* **51** aliquo] aloquio *A* misterio *Bac.* **53** enim *om.Mac.* olera *FLM edd.*

gratia, quam si exquisitis dapibus adornetur convivium, si desit affectus gratiae. Legimus peremptos gravi populos excidio propter violata iura hospitii, propter libidinem quoque commissa bella atrocia.

7. Sed prope nihil gravius quam copulari alienigenae, ubi et libidinis et discordiae incentiva et sacrilegii flagitia conflantur. Nam cum ipsum coniugium velamine sacerdotali et benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, ubi non est fidei concordia? Cum oratio communis esse debeat, quomodo inter dispares devotione potest esse coniugii communis caritas? Saepe plerique capti amore feminarum fidem suam prodiderunt ut patrum populus in Belphegor; unde Finees arrepto gladio interfecit Hebraeum et Madianiten feminam et mitigavit indignationem divinam, ne totus populus exstingueretur.

8. Quid de pluribus exemplis loquar? Ex multis unum proferam ut eius commemoratione liqueat, quam perniciosum sit alienigenae mulieris adscivisse copulam. Quis fortior et ab incunabulis suis munitior dei spiritu quam Nazareus Sampson? Et ipse proditus est et ipse per mulierem non

---

55 *cf.* Iudd. 20,44sqq.; ep. 57,6sqq. **56** *cf.* Gen. 34 (*violatio Dinae filiae Linae*) **65–68** *cf.* Num. 25, 1-13 **72sqq.** *cf.* Iudd. 13-16

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

56 hospitii] *add.* .s. (*om.* **ae**) leuitis de effrem (ephren **ae**) *Emp.mg.HS* **ade** **58** alienigeni *F* **59** et *pr. om.PWac.* innocentiua *Pac.* **60** velamine] uel animae *F* **62** dici coniugium *tr.M* concordiae *Bac.* **63** debeat *om.Oac.* **65** prodiderunt] *add.* manifestauerunt *Amp.mg.* patrem *Fac.* **66** beelphegor *AHKNO* **arm**, belfegor *EMSW* **d**, belphigor *F* fine aes *B*, phinees *O* **arm** Hebreum] *add.* .n. zambri *Emp.sl.* **67** Madianiten] -tem *OP* **dr**, maditen *M*, -iantem *L*, -iamten *Wac.*, maduad inter *A* feminam] *add.* .n. chozui *Emp.sl.* **70** ut *AHKS* **adr**, et *cett.* **m** **72** suis] *add.* et **m** spiritus *Aar.* **73** Sampson *AN* (Σαμψων LXX), sampso *Bac.*, sanson *MOS* **d**, samison *War.*, samson *cett. edd.* (*sim. ceteris locis nisi* samson *S et* sansom *vel* samson *M*) et ipse *pr. del.B* per *om.B*

potuit suam tenere gratiam. Cuius generationis et vitae totius seriem historico digestam stilo enarrabimus secundum sacri libri continentiam, quae in hunc est modum, non verborum serie, sed sensu:

9. Multos per annos Hebraeorum populum subditum Palestini ac subiectum habebant, quoniam fidei praerogativam amiserat, qua victoriam patres adepti fuere. Non penitus tamen interciderat insigne electionis apud auctorem suum et funiculus hereditatis. Sed quia rerum secundarum insolentia saepe extollebantur, dabat eos plerumque in potestatem hostium, ut more ingenii humani remedium malorum de caelo sibi quaererent. Tunc enim deo subditi sumus, cum adversis aliquibus urgemur; secundae res mentem extollunt. Quod cum alias usu probatum sit, tum maxime in ea rerum conversione, qua rursus ad Hebraeos a Palestinis versa vice res mutatae.

10. Namque cum diuturna iniuria longae subiectionis ita essent depressa Hebraeorum pectora, ut nullus virili ingenio libertati animos tollere auderet, ortus est illis Sampson divino oraculo praedestinatus, magnus vir nec in pluri-

---

82 funiculus hereditatis] *cf.* 1Par. 16,18 **84** more ingenii humani] Sall. Iug. 93,3 **90–128** *cf.* Iudd. 13,1-20; Flav.Ios. 5,276–285 **93sq.** *cf.* Flav.Ios. 5,276 ἐν ὀλίγοις ἄριστος καὶ τῆς πατρίδος ὁμολογουμένως πρῶτος (*de Sampsonis patre*)

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

74 teneri *Wac.m1* cuius] *eras.S, om.H* generationes *Kac.* **75** digesto *M* stillo **d** **77** sed] at *HSac.* **80** qua] quia *B*, quam *H*, *add.* fide *Amp.* adempti *EWar.*, ademti *M* **81** tamen *om.O* **82** secundarum] sclarum *L* **85** enim *om.O* **86** secunda *Mac.* **87** probata *Bac.EFLMNW* tum] tunc *O*, *om.* **ae** **89** mutare *Apc.* **91** pectora ut] peccator aut *Bac.EMac.*, pectora aut *Aac.Fac.Kac.*, peccatta aut (ut *pc.*) *W* nullis *Nac.* uirilis *P* **92** ingenio] -ii *P*, *add.* in *O*, *add.* ad *Bsl.m1HSWsl. edd.* libertati *correxi*, libertate *ABpr.KP*, libertatem *Bar.EFHLMNOSW edd.* **93** uir magnus *tr.A*

bus numerandus, sed in paucis praestantissimus et, quod sine ulla controversia sit, viribus corporis omnium facile primus. Eoque ingenti admiratione nobis spectandus a principio, non illa quae temperantiae et sobrietatis iam inde a pueritia vini abstemius praeclara insignia dedit, nec illa quae intonso capite Nazareus sacra diu servavit custodia, sed ab adulescentia, quae in aliis aetas mollior, in hoc egregia atque supra humanum modum perfectae virtutis stupenda facinora effecit. Quibus divini oraculi mox aperuit fidem, quod non perfunctorie tanta eum anteisset gratia, ut descenderet angelus, per quem ortus eius praeter spem parentibus adnuntiaretur, futuri regimen et praesidium suis; nam gravibus iam diu Palestinorum imperiis afflictabantur.

11. Pater illi erat de tribu Dan timens deum, haud ignobili genitus loco, praestans ceteris, mater utero sterilis, sed animi virtutibus haud infecunda, quae propriae hospitio mentis recipere meruit visionem angeli, mandatum tenuit, oraculum implevit. Nec tamen passa sine viro scire vel divinitatis secretum insinuavit marito visum sibi hominem dei praeclara specie, futurae subolis ferentem oracula, qua pollicitatione sese fidentem cum coniuge fidem promis-

---

97 *cf.* Iudd. 13,13sq. **99** *cf.* Iudd. 13,5 **103sq.** *cf.* Iudd. 13, 3-5. 9-20 **107sq. 110** *cf.* Iudd. 13,2-8

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

94 numeranda *M* **95** facile] *add.* quam *O* **96** eoque] eo quae *Fac.*, eaque *Fpc.*, eo quod *B* **d**, eo *Mac.* ingenitam miratione *Mac.* **96sq.** a principio non] ab inicio nam *O* **98** pueritie *W* abstemius] abstinens *O* **aer**, *add.* id est sobrius parcus *Kmp.mg.* in signa **a** dedit – **99** servavit *om.Wac.* **99** seruiuit *FL* **101** uirtus *Nac.* **102** oraculo *Bac.* aparuit *B* **103** tantae *K*, tante *A* **104** eius *om.M* **105** futuri] -um **m**, -us *P* et praesidium *om.Mac.* **106** diu] dudum *O* **107** timens *om.Nac.* **108** utero] uero *P* **109** aut *L* proprio *O* **110** montis *M* **114** cum *om.B* coniugi *Bpc.*

sorum caelestium participare. Quod ubi comperit, pie deum precatus oravit, ut sibi quoque visionis eius gratia tribueretur, dicens: *In me, domine, angelus veniat tuus.* **12.** Unde ego arbitror non zelo mulieris, quae esset spectabilis pulchritudinis, aliquid eum suspectum habuisse, ut quidam aestimavit, sed magis divinae zelo gratiae provocatum conspectus sacri voluisse participari munere. Neque enim vitiis animi prave affectus tantam apud dominum invenisset gratiam, ut angelus in eius domum reverteretur. Qui monitis his quae usus oraculi postulavisset, subito flammae vehementis elevatus specie sese recepit. Id formidolosum viro mulier salubrius interpretata in gaudium vertit atque ademit sollicitudinem, eo quod prosperorum indicium, non adversantium sit visere deum.

13. Talibus e caelo commendatus insignibus, ubi primum adolevit, coniugium mente intendit, sive quod vagam ac familiarem adulescentulis abhorreret animo lubricae libidinis consuetudinem, sive quia iam causa quaerebatur, quemadmodum a cervicibus plebis suae averteret Palestinorum potentiam duraque imperia. Pergens itaque in Thamnatam

---

117 *Iudd. 13,8 **119** quidam] *sc.* Flav.Ios. 5,277-279 **124–128** *cf.* Iudd. 13, 11-23 **130–147** *cf.* Iudd. 14,1-4; Flav.Ios. 5,286

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

115 participari *P* **116** tribuerentur *Mac.* **117** veniat *om.Mac.* **118** expectabilis *Fac.* **119** existimauit **ae** **120** diuino *AK* **121** participare *Fac.* neque] quae *B* **122** dominum] deum *HLMO* **aer** gratiam inuenisset *tr.O* **123** in eius *om.O* his] hi *M*, iis **arm** **124** uehentis *BLP* **124sq.** specie eleuatus *tr.M*, spem eleuatus *HS* **125** id] hic *B* formidoloso *N* uirum *Bpc.* **126** emit *M* **127** prosperum *B* iudicium **a** **128** uidere *Aac.P* **129** primus *Apc.* **130** adolevit] *add.* ad *Asl.mp.* coniugio *BHKpc.OPS edd.* mentem *ABEFHKpc.LMNOPSW edd.* sive] sine *Lac., om.Mac.* uacam *Bac.*, uacuam *Bpc.* **131** familiarem] *add.* et *M* abhorreret] adholeret *EWar.*, adoleret *Wpr.*, aboleret *HMOS*, *add.* discrepat *Amg.* animo *om.M* **132** iam *om.Mac.* **134** thamnatham *KP*, thannatan *O*, thannata **adr**, thammatam *M*

– urbi hoc nomen est in illis positae locis, quae tunc temporis Palestinorum incolis frequentabatur –, virginem aspexit grata specie et vultu decoro, et parentes proprios, quorum comitatu fultus gradiebatur, oravit ut eam in coniugium sibi poscerent. Verum illi ignorantes quod eo intentio vergeret, ut Palestinis aut negantibus infestior foret aut acquiescentibus affectus inferendae in subditos iniuriae demeretur, cum ex coniunctione aequalitas par et gratia consortii iure accresceret aut si quid offensum esset, longius ultionis studia procederent, quasi alienigenam declinandam arbitrabantur. Sed ubi flectere animum pignoris legitimorum obiectu frustra experti, in arbitrium eius volentes concessere.

14. Recepta itaque petitione Sampson cum sibi promissam reviseret, devertit et paulisper de aggere deflexit, continuoque occurrit ei leo ferus de silva, agresti libertate saevior. Comes nullus, telum in manibus haudquaquam suppeditabat. Cedere pudor et conscia virtus fiduciam dare. Ruentem in se bracchiis amplexus necat et lacertorum nodo exanimatum praeter aggerem supra silvestria germina proiecit ac dereliquit. Locus erat laetus pabuli herboso

---

149–163 *cf.* Iudd. 14,5-9; Flav.Ios. 5,287-288 **152** conscia virtus] Verg.Aen. 5,455 **155sq.** locus – consitus] *cf.* Sall. Hist. frg. 2,83; Iug. 48,4

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

135 in *om.M* **d** tunc] cum *M* temporis *om.* **aer** **137** decora *M* **138** oraui ut *Bac.*, orauit *Bpr.* **139** sibi *om.* **d** posceret *K* **140** inferior *Mac.* **143** cresceret *Mac.* si *om.O* quod *MO* **144** arbitrantur *Mac.* **145** pignoris] -rum *Apc.m1, add.* e *Ssl.* **149** prouiseret *W* diuertit *AP* **arm** agere *Eac.Sac.Wac.* continuoque] que *del.A* **150** eo **ae** leo ferus ei *tr.HS* **d** **151** nullum *AKac.LN* aut quamquam *M* **152** et] *add.* cum *HS* **d** daret *Eac.HMNpc.* **d** ruentem] mentem **ae**, tunc irruentem **r** **153** bracchiorum amplexu *P* negat *EMWac.* nodum *M* **154** examinatum *BM* agerem *Eac.* **155** derelinquit *Bac.EM*

gramine, vinetis consitus. Itaque apud dilectissimam sibi sponsam exuvias ferae credidit sine momento futuras, cum talium rerum tempora non terribilibus spoliis, sed mitibus gaudiis et festa fronde fiant venustiora. Denique post eadem regrediens via favum in utero leonis offendit atque abstulit donum parentibus ac puellae futurum – talia enim sponsam munera decent –, ac degustato melle favum praedictis edendum dedit, causam repressit.

15. Sed forte quadam die nuptialis festi celebrabatur convivium. Laeta in epulis iuventus mutuis se ad ludum invitabat sermonibus; cum alius alium salsiore dicacitate praestringeret, sicut se huiusmodi usus habet, certamen laetitiae accendebatur. Ibi tum quaestionem huiusmodi proposuit Sampson iuvenibus coepulantibus: *De manducante exivit esca et de forti processit dulce*, absolventibus pollicens praemium quasi mercedem sapientiae triginta sindones et totidem stolas secundum numerum virorum comessantium aut multam ignorantibus. **16.** Qui cum enodare implexa et distinguere ambigua nequirent, mulierem eius partim minis exagitando partim fatigando precibus eo impulere ut a viro posceret quaestionis eius absolutionem

159 festa fronde] Verg.Aen. 2,249; 4,459 **164–173** *cf.* Iudd. 14,10-14; Flav.Ios. 5,289-290 **169** *Iudd. 14,14 **173–220** *cf.* Iudd. 14,14-15,6; Flav.Ios. 5,291-296

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

156 vineis *NOP* consumtus *Mac.* **159** fronte *B* eandem *Bpc.HOSW* **d** **160** uiam *BEHMOSW* **d** utero] ore *P* **161** domum *EHMW* **d** **162** dicent *Bac.Eac.* **164** celebratur *KM* **165** mutuis se] metuisse *Nac.* **166** falsiore *HP* **167** perstringeret **aerm** **169** Sampson *om.Pac.* copulandis *M*, epulantibus **d** **170** essca exiuit *tr.M* esca] cibus (*Vulg.*) *H* forte (*Vulg.*) *BFHLP* processit] egressus est (*Vulg.*) *H* **171** praemia *P* XXX *BO* **173** aut] haut *Bpc.HS*, haud *Wpc.* **ade** multam] -ta *BFWpr.*, *add.* c *s.* u *A*, mulctam *edd.*, multabo *Amp.*, *add.* uel bo *Emp.* **175** minis] nimis *L* **176** poscerent *Bar.EMNar.W*

insigne futuram coniugalis gratiae in mercedem amoris. Atque ea seu animi territa seu muliebri ingenio inflexa veluti pio questu maritalis odii dolorem praetexere occepit, quod secretum viri consors totius vitae et conscia non comperisset similisque ceteris habita foret, cui arcanum viri proprii non crederetur. *Odisti me*, inquit, *et non amasti* quam celasti usque adhuc. **17.** His atque ceteris talibus invictus certe animus muliebribus emollitus blanditiis aperuit dilectae propositam quaestionem et illa civibus. A quibus vix tandem septimo die, qui praescriptus absolvendae parabolae fuerat, ante occasum solis comperta soluta sunt atque in hunc modum relata: *Quid fortius leone, quid dulcius melle?* Et ille respondit: Nec muliere aliquid perfidiosius; nam *si non domuissetis vitulam meam, numquam intellegeretis parabolam meam.* Et statim descendit in Ascalonam et triginta viros peremit, quorum exuvias auferens eos qui propositam quaestionem solverant, promisso munere donavit. **18.** Abstinuit autem coniugio puellae, cuius perfidiam deprehenderat, atque in patriam domum sese recepit.

Turbataque animi iuvencula, quae indignationem laesi, ferociam fortissimi fraudi sibi futuram iusta formidine per-

---

182sq. Iudd. 14,16 **188sq.** *Iudd. 14,18 **189** *cf.* Flav.Ios. 5,294 **194–200** *cf.* Flav.Ios. 5,294

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

177 insignem *AEpc.Far.HKS* **ad** futurum *P* **rm** gratiae *om.Mac.* **178** atque] itaque *Apc.* flexa *O* **179** pio] pro **d** occepit *EKN*, accepit *A*, hoc cepit *MO*, hoc coepit *BFLPW* **m**, cepit *HS*, coepit **ader** **180** conscia] -am *EMWar.*, conscientiam *HOS* **d**, *add.* uel conscia *Ssl.*, consocia **aer** **181** dissimilisque *Npc.* **182** credere *M* **183** celasti usque] celestiusque *M*, *add.* usque *Msl.* his atque *AK* **ader**, hisque et *cett.* **m**, *add.* at *s.* que *Msl.* **184** certe *AK* **ader**, ad cetera *OSpc.* **m**, erga cetera *P*, cetera *cett.* animi *W* blanditi *Aac.*, -ii *Wac.* dilecta *Nac.* **185** praepositam *EMW* **188** fortis *Lac.* leone] *add.* et *K* **189** perfidius **r** **191** in *om.P* ascaloniam *M* XXX *FO* **197** ferocis *Apc.* fraudes ibi *M* sibi *om.L* iuxta *FLMO* formidinem *MO*

horresceret, in alterius viri concessit nuptias, quem tamen paranymphum sibi Sampson quasi fidum sodalem, cum duceret eam uxorem, adsciverat. Nec sic tamen, praetento licet coniugio, offensionis periculum avertit. Namque ubi res prodita volentique ad coniugem redire interclusa copia, quod pater eam alii viro nupsisse diceret, sororem sane eius, si vellet, ducere liceret, stimulo iniuriae exulceratus publicam excogitavit ultionem capessere domesticae contumeliae indignatione. Correptisque vulpibus adulta aestate, cum iam matura essent in agris frumenta, binas sibi invicem caudam ad caudam ligavit atque in medium earum ardentem inseruit facem nodoque adstrinxit inexsolubili et ultor iniuriae super manipulos messis dimisit frumentariae, quam secuerant incolae Palestinorum. At illae igni exterritae quacumque praecipites convolvebantur, spargebant incendium et exurebant spicas eorum. Quo dispendio commoti, quod omnes sibi locorum fructus interierant, factum principibus suis intimaverunt. Et illi miserunt viros in Thamnatam, qui mulierem quae variato fidem coniugio mutaverat ac totam eius domum parentesque eius igni involverent,

---

201–206 *cf.* Iudd. 15,1-3 **206–220** *cf.* Iudd. 15,4-6; Flav.Ios. 5,295sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

201 coniugio] conuiuio *M* aduertit *O* **202** interclausa *Aac.* **204** duceret *M* **205** capescere *PWac.* **d**, capessese *B* capessere – **206** indignatione *om.O* **206** indignationem *FL* arreptisque *FLP, add.* trecentis *P* **rm** adulta] adusta *O* **208** caudam *pr.*] -a **aer** medio *O* **209** facem] faculam *P* nodoque] que *om.Mac.* et *om.Mac.* ultiori *Bac.* **211** secuerant] seruerant *Bac.*, seuerant *Bpc.P* igni] igitur **ae** **212** quacumque] qu(a)ecumque *EMW*, quocumque *P* **213** et *om.O* exurebantur *M* quod *Bar.LM* **214** interiebant *B* factis *M* **215** thamnatham *KP*, thannatan *O*, thannatam **ar** **216** mutauerunt *M* **217** ac] et **d** domum eius *tr.HNOac.m1* eius *alt. om.HPac.m1* **arm** inuoluerent *AHKNpc.OPS* **dr**, inuoluere *cett.* **aem**, *add.* ut *S*

quod ea causa suae vastitatis et iniuriae foret, nec oportuisse laedi virum pronuntiantes, qui posset malo se publico ulcisci.

19. Nec tamen Sampson populis Palestinorum delicti gratiam fecit atque eo vindictae fine contentus fuit, sed concidit eos strage maxima, plurimique eorum ferro interiere. Ipse autem concessit in Etham ad torrentem in deserto. Petra illic erat, munitio tribus Iudae. Palestini vero, qui eum non auderent lacessere nec munitionis praerupta arduaque superare, tribum Iudan denuntiato adorsi urgere proelio, cum iusta referri cernerent, quod subditos sibi et tributarios perditum iri nequaquam verum et aequum atque ex usu videretur publico pro alieno praesertim facinore, consulentes in medium tradi sibi dissignatorem tanti flagitii postulaverunt atque ita illis quod ab eo commissum futurum sine noxa. **20.** Qua praescripta sibi condicione viri de tribu Iuda tria milia ex suis congregantes ascenderunt ad

---

221–233 *cf.* Iudd. 15,7-10; Flav.Ios. 297 **227sq.** tribum – proelio] Flav.Ios. ἐστράτευον ἐπὶ τὴν φυλήν **233–238** *cf.* Iudd. 15,11-12; Flav.Ios. 298

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

218 causa *om.Sac.* suae] siue *A*, *add.* i *s.* s *Mmp.* castitatis *Mac.* **219** possit *O*, potuisset *P* publico se *tr.F* **m** **221** nec] nam *Bac.*, non *Bpc.* **222** finem *Bar.L* contem(p)tus *MW* **223** plurimique – **225** deserto *om.O* plurique *ELpc.MW*, pluriorique *Lac.* interire *Nac.* **224** concessit – **225** erat *om.Nac.* aetham *ABFKW*, etam **rm**, eham *M* ad *om.Mac.*, a *Mpc.* **225** Iuda **rm** vero] *add.* ut **rm** **227** tribum] -u *EM*, -ui *W* Iudan] *EL*, -e *M*, -ae **ae**, -am *ABFKNS* **d**, -a *HOPW* **rm** urgere] -eri *ABac.EFKMW*, -uebat *L*, ursere **ae** **228** cum – cernerent *om.* **aer** iuxta *W* referre *Nac.* subdito *EMWac.* **229** perditum iri] -os ibi *Bac.*, -us ibi *Bpc.*, -um ut *M* verum] iustum **aer** aequum] *add.* officium lingue uatis *Amp.Emp.mg.ar.MS* **231** consuletus *B* sibi *om.Mac.* dissignatorem] design- *Nac.OP edd.*, signatorem *M*, dess- *Bpc.* tanti] *add.* sibi *S* **232** commissum] *add.* esset **r** **233** noxa *Bpr.OP* **aerm**, nosia *A*, noxia *cett.* **d**, *add.* esset **m** qua] quia *Mac.* **234** Iudae **ae** ex] es *A*

eum et praefato quod essent subditicii Palestinorum, quibus sibi necessitas oboediendi non ex arbitrio, sed ex periculi formidine maneret, facti sui invidiam retorquebant in eos qui ius cogendi habebant. Tum ille: Et quae, inquit, iustitiae forma est, genus Abramidarum, ut circumscriptae primo coniugis deinde abductae perniciosa mihi vindicta sit et sine periculo domesticam iniuriam non licuerit ulcisci? Tantumne inclinatis animos ad turpe vernularum obsequium, ut exsecutores vos alienae praebeatis insolentiae atque in vosmet ipsos vertatis manus? Si pereundum est quia dolorem habui liberum, iuvat perire manibus Palestinorum. Temptata domus, sollicitata uxor. Si non licuit mihi vivere sine eorum fraude, saltem liceat mori sine scelere meorum. Rettuli ego acceptam iniuriam, non intuli. Vos aestimate an digna vicissitudo fuerit! Illi de damno fructuum queruntur, ego de coniugis amissione. Conferte manipulos messis et sociam tori! Dolorem meum ipsi probarunt, cuius iniurias vindicaverunt. Videte quo vos ministerio dignos putant! A vobis eum in mortem affici volunt, quem ipsi

---

244sq. si pereundum – iuvat perire manibus] *cf.* Verg. Aen. 3,606

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

235 praefacto *AW*, pro facto *M* subdititii (-ti *pr.*) *B* **m**, subditii *AM* subditicii essent *tr.P* **237** formidinem *Bar.* manere **d** invidiam *om.Wac.* in – **238** habebant *om.Sac.* **239** gens *O* Abrahamidarum **r** **240** primae *OW* aductae *A* uindicte *A* **242** inclinetis *AKac.* animos] -is *Bac.EFMNWac., add.* o *Fsl.Msl.* uernacularum *B*, uernaculum *L* obsequio *Mac.* **243** vos] suos *BEMac.* **244** ueritatis *Bac.Fac.L* **245** dolo *A* **247** sene *P* **247sq.** meorum scelere *tr.P* **rm** **248** meorum] eorum *Bac.Hac.m1Mac.*, vestro **ae** ergo *EHMOSW* **d** **249** existimate **a** an digna] indigna *Mac.* fuerit] erit *M* fructum *HM* **250** querunt *M*, quaeruntur *BEFpc.KLNOSW* **251** probauerunt *FLMNOPW* **252** cuius] ciues **d** uidicarunt *M* uide *ABac.EKac.LMNWac.* misterio *M* **253** in mortem] morte **aer**

ultione dignum de his qui laeserant iudicaverunt et qui vindictae praebuere ministerium. Sed si adeo subdita superbis corda geritis, tradite me hostium manibus; vos nolite occidere! Non mortem abnuo, sed vestrum fugio contagium. Verum si formidine ceditis insolentibus, alligate vinculis manus! Inermes licet invenient sibi arma nodis solutae. Certe condicioni impositae satis futurum arbitrati sunt, si viventem in potestatem daretis.

21. Quibus illi auditis, quamvis tria milia virorum adscenderant, sacramentum dederunt, quod a se vitae eius vis nulla irrogaretur; tantummodo patiens vinculorum esset, ut deditionem eius patrarent, quo vacui fierent eius cuius arguebantur facinoris. **22.** Accepta itaque fide spelaeo egressus deseruit Petrae munitionem ac duobus innexus funibus, ubi appropinquare accitos ad suscipiendum Palestinorum validos videt, infremuit spiritu et universa disrupit vincula. Atque arripiens maxillam asini iacentem percussit mille viros, fugavit alios grandi virtutis spectaculo, cum inermo et uni cederent armatorum agmina. Et qui comminus ausi fuerant congredi, facili negotio nullo labore obtruncati, aliis

---

262–271 *cf.* Iudd. 15,13-15; Flav.Ios. 5,299sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

254 iis **aerm** qui *pr.*] quae *Bac.KNac.*, *add.* me *Asl.MSsl.* **aerm** uindicauerunt *K* **255** praebuere] tribuere *EHMOSW* **d** misterium *A* si *om.Mac.Nac.* a deo **d** **256** corda] colla *P* **r** **257** morte *MW* uestro *EMOW* fugio *P* **arm**, confugio *cett.* **d** contagio *OW* **258** incolentibus *B* **258sq.** uinculae manibus (manus *Epc.*) *EW*, -les (-lis *pc.*) manibus *M* **259** inermem *O* arma nodis solutae] armato dissolutae *Eac.Mac.OW* notis *Fac.* **260** conditione **a** **263** sacramenta *N* **264** interrogaretur *Bac.* **265** aeditionem *F* eius *pr.om.F* arguebatur *Bac.* **267** deseruitque *K* **268sq.** uidet palestinorum ualidos *tr.OW* **269** dirupit *EO* **arm**, dirrupit *W* **271** inermo] -mi *Bpc.Fpc.HKpc.OP* **dm** (*cf. l.259*) **273** obstruncati *EW*, obstructi *M*

fuga exitium dempsit. Unde hodieque Agon loco nomen est, quod ibi Sampson gloriosum certamen virtute egregia consummaverit.

23. Sed utinam, quam fortis in hostem, tam moderatus victoria fuisset! Verum, quod facile usu venit, insolens rerum secundarum animus, qui debuit eventum pugnae divino favori et praesidio deferre, sibi arrogavit dicens: *In maxilla asini delevi mille viros.* Nec aram statuit deo nec hostiam immolavit, sed neglegens sacrificii, assumptor gloriae, ut triumphum suum perpetuo consecraret nomine, vocavit locum *maxillae interfectionem.* **24.** Et mox siti graviter coepit inardescere et potus deerat nec iam ferre ac tolerare poterat. Unde intellegens quod nihil tam facile esset humanae opis, quod sine divino adiumento non difficile foret, exclamavit atque obsecravit, ne sibi deus omnipotens in offensam verteret, quod imprudenter incauto sermone sibi aliquid assignavisset. Quin etiam illam victoriam deo deputabat dicens: *Tu dedisti in manu servi tui salutem magnam hanc et nunc* subveni, quia ecce *morior siti* et in potestatem eorum, de quibus tantum donasti triumphum, sitis necessitate adiudicor. Quo modo dei misericordia, cum proiecisset ille maxillam, aperuit scissuram eius et fons

---

274 Agon] Siagon Iudd. 15,14; Ios.Flav. 5,300 **277–284** *cf.* Ios. Flav. 5,301 **280** *Iudd. 15,16 **284–300** *cf.* Iudd. 15,18-19; Flav.Ios. 5,302sq. **291sq.** *Iudd. 15,18

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

274 exitium] exitum *A*, *add.* al. exitium *Amg.* unde hodieque] que *Mac.* Agon] Siagon **r** **275** ibi] sibi *P* egregia] *add.* asini maxilla **r** consummauerint *Bac.* **277** moderatus] *add.* in **rm** **278** victoria] uictus *Mac.* **279** secundarum] sclarium *Pac.* **280** praesidium *M* **281** asin(a)e *FLP* **m** **286** tollerare *Bac.ELac.M* **287** opi **r**, opus *Bac.* sine *om.O* **288** atque] que *EMW* ne] ut *O* **289** verteret] redderet *EHMOSW* **291** putabat *Wac.* manus *AFKLNP* **292** hanc magnam *tr.O* subveni – **294** necessitate *om.Mac.* **293** tantum *om.O* **294** misericordia] -ae **ae**, -am *A*

erupit ex ea et bibit Sampson *et resumpsit spiritum* et vocavit locum invocationem fontis, eo quod victoriae iactantiam invocationis precibus emendavisset. Ita diversa iudicia mature edita, quod et arrogantia cito offensam incurreret et humilitas sine ulla offensione sese reconciliaret.

25. Verum ubi decursa serie bellum Palestinorum composuit et suorum declinans ignaviam et hostilem despiciens manum, Gazam sese contulit – ea civitas erat in locis Palestinorum – et habitabat illic in diversorio. Quod cognitum Gazei haudquaquam dissimulatione praeterierunt, sed festinantes circumdederunt diversorium eius et obsederunt universos aditus domus, ne fugam in noctem componeret. Itaque Sampson cognito quid pararetur, compositas insidias noctis medio praevertens, columnas domus manibus amplexus materiem totam et culminis molem cervice valida sustentans in verticem montis altissimi transportavit, qui imminebat urbi Chebron quae populis Hebraeis incolebatur.

26. Sed cum libero et vago motu transgrederetur non solum regionis paternae terminos, sed etiam morum limites

---

296sq. *Iudd. 15,19 **301–312** *cf.* Iudd. 16,1-3; Flav.Ios. 5,304sq. **313–324** *cf.* Iudd. 16,4sq.; Flav.Ios. 5,306sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

296 erumpit *M* **297** inuocatione *W*, uocationem **d** invocationis fontem **r** **298** invocationis precibus] -nem precibus *F*, inuocationibus *Mac.* emendasset **rm** **299** arrogantia] *add.* nihil *Asl.mp.* **300** ulla *om.B* sese *om.Mac.Sac.* **302** et *pr. om.P* declinant signauiam *B* decipiens *O* **303** ea] hec *M* **304** diuersorium *Ear.*, deuersorio *Bac.* **305** haut quaquam *K*, aut quamquam *M*, *add.* ei *W* dissimulationem *AKN* **306** deuersorium *Bac.*, deuor- *Eac.*, diuor- *Epc.* **307** aditus] -os *F*, auditus *Bac.*, *add.* eius *Amp.HMS* **d** in noctem] in nocte *Fpr.K* **m**, innocentem *AEHMOSW* **d** **308** quod pateretur *O* **309** peruertens *O* columnas domus] fores portae urbis et utrosque postes **r** **310** materiam *BMN* culminis molem] seram **r** **312** hebron *P* **ae** **313** sed *om.***ae** moto *Bac.*, metu *O* **314** religionis *Bpc.* morum] inimicorum *Wpc.*

et maiorum observatione praescriptos, eam sibi futurae mox cladis pestem invenit. Namque parum fida expertus alienigenae uxoris prima conubia qui debuisset cavere vel postea, rursus Dalilae mulieris fornicariae copulam non declinavit et cum eam diligeret impense, temptandi se causam dolis hostilibus praestitit. Ascendentes enim Palestini ad eam polliciti sunt pecuniam viritim daturos mille et centum denarios, si proderet eis, in quo ille fiduciam virtutis suae constitutam haberet, quo cognito circumveniri et capi posset. **27.** At illa, quae semel se pecuniae prostituerat, astute satis et callide inter pocula et illecebras amoris quasi admirans fortitudinis eius eminentiam quaerere occepit, quo tandem genere tantum praestaret reliquorum virtutibus, simul et quasi pavida atque sollicita orare, ut dilectae suae committeret, qui nexus adstrictum alienae potestati substerneret. Ille autem adhuc sobrius et fortis animi adversus delenimenta meretricia dolum dolo rettulit dicens quia si vitibus virentibus adhuc et non aridis alligaretur,

---

324–338 *cf.* Iudd. 16,6-9; Flav.Ios. 5,307-310

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

315 observatione *Bpr.Fpc.O* **rm**, -nis *M*, -nes *cett.* **ade** praescriptas *Bpc.m1P* eam] etiam *A* **316** pestem *om.OW* inueniat *Bac.* fidei *M* **317** prime *M* qui] quod *ex* quid *N* **318** Dalilae *HLOP* **aerm**, dalidae *Apc.* **d**, dalile(a)e *cett.* **319** cum] dum *ex* tum *F* immense *Apc.* **320** doli *Aac.* ascendens *Mac.* enim] autem *O* **321** ad - pecuniam *om.Sac.* uicissim *ex* uisitim *L* **322** quod *Bac.* **324** se *om.O* **325** pocula *Apc.Bpc.Npc.m1* **rm**, pola *Aac.Bac.EFac.KLNac.Oac.PWac.*, polla *M*, polat *Fpc.Opc.Wpc.*, epulas *HS* **ade** **326** imminentiam *L* occepit *EKac.Mac.Npc.m1Spc.Wac.*, hoc c(o)epit *BFKpc.LOP* **m**, accepit *Aac. Sac.*, c(o)epit *Apc.HMpc.Nac.* **ader**, hoc modo cepit *Wpc.* **328** delectae *M* **329** potestate *L* **330** substernerent *Bpc.*, sustineret *O* adhuc autem *tr.Oac.* sobrius] hebrius *B* adversus] et uersus *L* **331** delinimenta (dili- *F*) *ABpc.FHKMOPS edd.* dolore tulit *FL* **332** qua *Bac.* uiribus **d** et *om.M* aridis] uaridis *Bac.*, ualidis *Bpc.* colligaretur *EHMOSW* **d**

infirmitate corporis adaequaret aliorum similitudinem. Quo Palestini per Dalilan sibi comperto cum vitea soporanti circumdedissent vincula quasi de improviso excitum haud degenerem offendere notae et solitae fortitudinis, cum solutis nexibus virtus libera multis licet resisteret ac repugnaret. **28.** Sed ubi id parum processit, rursus Dalila quasi derisa et conquerens repetere artes suas et fidem amoris poscere non praetermittebat. Cui Sampson validus adhuc consilii dolum ridens significavit ligatum [se] septem funibus, qui adhuc sine usu forent, venturum se in potestatem hostium. Sed et hoc frustra fuit. Tertio quoque tamquam de mysterio deprompsit et iam lapsuro propior, si dissoluti essent crines septem capitis sui et quasi in cubitum intexti, discederet ab eo virtus sua. Et hoc quoque lusit insidiarum fabricatores.

29. Ad postremum cum illusum sibi totiens procax mulier deploravisset, indignam se habitam dolens cui committeretur arcanum, dilectique id quod pro remedio quaereret ad proditionem suspectari videret, lacrimis fidem coegit. Simul quia debebatur invictae ad id tempus fortitudinis

---

338–347 *cf.* Iudd. 16,10-14; Flav.Ios. 5,310sq. **348–370** *cf.* Iudd. 16,15-21; Flav.Ios. 5,312sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

333 adaereret *Fac.* **334** dalilam *FOPSW* **ae**, dalidan *Apc.N* **d** uite *Bac.* uite asoporanti *Aac.KWac.* **336** et solitae *om.Mac.* solidae *W* **336sq.** solitis *L* **338** id *om.BFLNac.m1P* **m** dalida **d** **339** derisa et] derisam **r** derisa – **340** praetermittebat] flebat *O* amore *B* **340** permittebat *M* cum *Wac.* validus *om.B* **341** se *delevi*, se ligatum *tr.O* **342** se *om. Bpr.* **m**, sed *Bar.* **344** ministerio *O* depromisit *L* et *om.* **r** lapsui *Bpc.* proprior *M* **345** captis *B* cubitu *HS* intesti *A*, intexi *FL* **346** habeo *Fac.* **348** at **m** extremum *P* **349** deploravisset] *add.* et *L* **350** dilectique id quod] dilecti idque *O*, dilecti; et id quod **rm** quod *om.Nac.* pro remedio] priore medio *L* quaererent **d** **351** suspecturi *Aac.* suspecti uideretur *O* **352** quid *Apc.* id *om.Nac.*

viro, ut incideret aerumnam, saucius animi secretum aperit: praetendere in se virtutem dei et esse domino sanctificatum, secundum eius praeceptum comam pascere, quae si attonderetur, desineret Nazareus esse et propriae virtutis usum amitteret. Palestini per mulierem comperta infirmitate viri sceleris mercedem afferunt, ut pretio obnoxia dolum patraret. **30.** At illa meretriciis delenimentis fessum amoris in soporem compulit et tonsore adhibito septem crines capitis eius admota novacula abscidit continuoque interdicti praevaricatione vires minutae; denique ex somno expergitus: Faciam, inquit, sicut soleo et *excutiam me* super adversarios, sed nec animi sui alacritatem nec virtutem agnovit nec vigor erat nec gratia manebat. Itaque reputans secum quod improvide se mulieribus adversariorum credidisset, et calvi ratus temptare ulterius aliquid damnatum infirmitatis, caecitati oculos, vinculis manus praebuit et compedibus innexus carcerem intravit multis sibi incognitum tempestatibus.

354–356 *cf.* Iudd. 16,17 **363** Iudd. 16,20 **366sq.** calvi ratus] Sall. Hist.frg. 3,109 (calvi *i.q. frustrari, decipi*)

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

353 uico *B* aerumnam incideret *tr.***m** aperit secretum *tr.P* **355** praeceptum eius *tr.O* pasceret *N* qu(a)e si *ASWpc. edd.*, quia *Fac.m1*, quasi *Bac.EHKLMac.NOP*, qui si *Bpc.Mpc.*, quia si *Fpc.m1Wac.* **356** esse nazareus *tr.F* **357** ammitteret *W* compertam infirmitatem *Aac.* **359** meretricis *Aac.Bac.Mpc.W*, meretriis *Mac.* delinimentis *ABpc.FHKMOPSpc.W edd.* amoris *del.B* **360** adhibito tonsore *tr.P* tonsorem **d** crinis *Bac.* **362** expergitus] al. perrectus *Wmg.*, experrectus **ae** **365** uirgo *Aac.Kac.* *post* gratia *interp.FLP* secum] se *B* **366** mulieri **aer** adversariorum *om.***m** et] ex *O* **366sq.** calvi ratus] caluatus **aer**, *add.* moratus frustratus *Kmg.* **367** damnatus *AK* **aer** infirmitatis] -te *P*, *add.* nequiret **aer** caecitati] -tis **a**, -tem *Aac.*, -te *Kpc.*

31. Et iam processu temporis crescere ei coma coeperat. Itaque cum esset celebre convivium Palestinorum, conventui producitur de carcere Sampson ac statuitur in populi conspectu. Erant tria milia ferme hominum virile ac muliebre secus, et gravibus eum insultabant conviciis, circumagebant ludibriis, quod durius et ultra ipsam captivitatis speciem viro ingenitae virtutis conscio tolerabatur. Nam vivere et mori naturae functio, ludibrio esse probro ducitur. Cupiens igitur tantam contumeliam vel ultione solari vel morte in reliquum praevertere, simulato quod infirmitatem corporis et nodos compedum sustentare sese nequiret, poposcit de puero qui dirigebat vias eius, ut admoveret eum ad columnas proximas, quibus domus omnis suffulciebatur. Et admotus utraque manu fulcra totius comprehendit aedificii atque intentis ad festa sacrificii Palestinis, quod Dagoni deo suo deferebant, per quem sibi adversarium suum datum in potestatem arbitrabantur, muliebris perfidiae dolos beneficiis adnumerantes caelestibus, exclamavit ad dominum dicens: Domine, adhuc semel memor pueri tui esto, ut pro duobus oculis meis vindictam tribuas de nationibus, ne dent gloriam suis diis, quod ipsis iuvantibus me in potestatem

371–394 *cf.* Iudd. 16,22-30; Flav.Ios. 5,314sq. **374** virile ac muliebre secus] Sall. Hist.frg. 2,70

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

371 ei *om.S* **373** ac] et *HL* **374** virile] -is *Apc.Bpc.HPS edd.*, -es *L*, *om.O* muliebre] -bris *ABpc.OPS edd.*, -bres *L*, -bribus *H*, mulieris *Pac.m1* **375** secus *Faller*, sexus *codd. edd.* gravibus] *add.* in **aer** circumagebat *M* **376** ipsum **a** **377** ingenito *M*, ingenue *HS* telebatur *BEac.*, tellabatur *Mac.*, telerabatur *Epc.W* **379** igitur tantam *om.O* **380** quod] *add.* propter *Bpc.P* **rm**, *add.* per *Fsl.mp.*, *add.* ob *Ssl.mp.* infirmitate **ae** **381** nodis **ae** sese sustentare *tr.P* de] a **aerm** **382** uiam *O* **384** fulcra] ultra *M*, *add.* fulcra *sl.* **385** dagon *O* **386** quem] que *Apr.* **387** potestate *LP* **388** caelestibus adnumerantes *tr.P* clamauit *EHMOSW* **d** dominum *AK edd.*, deum *cett.* **389** semel *om.Fac.Pac.* pueri tui memor *tr.PW* **391** diis suis *tr.KOP* in me *tr.B* potestate **ae**

acceperint, nec vitam meam pluris facio. *Moriatur anima mea cum Palestinis*, ut agnoscant sibi infirmitatem meam non minus quam virtutem exitialem fuisse.

32. Concussit itaque columnas magna vi ac dissolvit et comminuit eas, quas secuta ruina superioris culminis et ipsum involvit et universos qui desuper aspectabant praecipitavit. Ibi magna vis marum feminarumque promiscue exanimata, et triumphus quaesitus perempto supra omnes superiores victorias, haudquaquam degenere et decoloro exitu. Nam etsi inviolabilis ad id locorum et deinceps atque incomparabilis in hac vita expertis belli fuerit viris, tamen in morte se ipsum vicit et insuperabilem gessit animum, ut contemneret et quasi nihilo haberet vitae finem omnibus formidolosum. **33.** Virtutis igitur fuit, quod victoriarum numero diem clausit nec captivum exitum sed triumphalem invenit. Circumscriptum autem fuisse a muliere naturae potius quam personae adscribendum, quia humana condicio quam culpa inferior; premitur enim et cedit illecebris flagitiorum. Itaque cum scriptura ei testificetur quod *plures in morte quam in* lumine *vitae* istius positus *occiderit*, videtur ad adversariorum magis exitium captus, quam quo ipse

392 *Iudd. 16,30 **395–401** *cf.* Iudd. 16,30sq.; Flav.Ios. 5,316 **405–410** *cf.* Flav.Ios. 5,317 **410–419** *cf.* Iudd. 16,30sq. **410sq.** Iudd. 16,30

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

392 animam meam *Eac.* **393** sibi *post* **394** minus *tr.O* **398** marium *Fpc.LO* **aerm** **399** examinate *M* quaetus *Fac.L*, quietus ipso *Fpc.*, quietus *P* peremto et **m** super *Eac.* **400** superiores *om.P* aud quam *M* decoloro] -ere *E*, -ore *HOSW* **ader** **401** locarum *Bac.m1Fac.N Wac.m1* **402** belli *Fpc.P* **aerm**, bellis *ABEFac.HKLNOSW* **d**, libellis *M*, *add.* ut *Oac.* **403** mortem *EMOW* **404** quasi] *add.* pro *OPWpc.* **rm** nihili *N* **405** uirtus *Wac.* **406** numerum *EHMac.OSW* **d** **407** uenit *A* circumscriptum] *add.* esse *Eac.*, *add.* est *W* **408** condicio] *add.* maior *Emp.HS* **ade** **409** inferiorum *A* cedit] cedi *AKac.*, cecidit *FOW* **411** limine *BEKO* **d**, liminite *M* potus *Bac.* **412** ad *om.O* aduersariarum *Wac.*, aduersarium *Eac.Oac.*

deiectior fieret aut minor esset. Non est enim se expertus inferiorem, cuius sepultura praestantior quam potentia fuit. Denique non telis sed cadaveribus hostium pressus et humatus est, proprio tectus triumpho, clarum insigne relinquens posteris, eo quod populum suum quem captivum invenerat, viginti annis in libertate iudicio suo rexit et sepultus in patrio solo libertatis heredem dimisit.

34. Hoc ergo exemplo liquet alienigenarum consortia refugienda, ne pro caritate coniugii proditionis insidiae succedant.

Vale et nos dilige, quia nos te diligimus.

LXIII (*Maur.73*)

Ambrosius Irenaeo

1. Decursa lectione apostoli non perfunctorie motus es quia audisti hodie lectum: *Lex enim iram operatur; ubi autem non est lex, nec praevaricatio.* Unde et consulendum

---

418sq. *cf.* Iudd. 16,31
4 Rom. 4,15 **5–15** *cf.* De Iac. 1,6,20

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

413 fiere *Bpc.* aut] an *F* minores *A* **414** cui *N* sepulturae *F* **415** fuerit *EHMOS* **dr** et *om.* **ader** **417** quod *Msl.* **418** XX *HNO* libertatem *O* **419** patrio solo] primo loco **d** libertatem *Eac.* **420** liquet] patet *F*, *add.* liquet *Fsl.* alienigenarum *Wpc.* **aerm**, alienarum *cett.* **d** **421** fugienda *Nac.* **423** diligimus] *add.* contuli *BF*, expl(icit) *O*

1 LXIII *Apr.Nac.Wpc.*, LXIIII *Aar.BEFKLNpc.* **d**, LXXI **a**, LVIIII *Mac.*, LXVIIII *Mpc.*, XX *P*, XV *O*, XLI **r**, *om.HS* **2** Ambrosius episcopus **r** Irenaeo] ereneo *K*, *add.* salutem *A* **d** **3** mortus *Ear.M* **4** lectum *om.B* iram] *add.* dei *Ksl.* **5** autem] enim *B*

arbitratus es, cur lata sit lex, si nihil proderat, immo oberat, quae operaretur iracundiam et praevaricationem introduceret.

2. Et quidem secundum interrogationem tuam certum est non fuisse legem necessariam quae per Moysen data est. Nam si naturalem legem, quam deus creator infudit singulorum pectoribus, homines servare potuissent, non fuerat opus ea lege, quae in tabulis scripta lapideis implicavit atque innodavit magis humani generis infirmitatem quam elaqueavit atque absolvit. Esse autem legem naturalem in cordibus nostris etiam apostolus docet, qui scribit quia plerumque et *gentes naturaliter ea quae legis sunt faciunt*, et cum legem non legerint, *opus* tamen *legis scriptum* habent *in cordibus suis*. **3.** Ea igitur lex non scribitur sed innascitur nec aliqua percipitur lectione, sed profluo quodam naturae fonte in singulis exprimitur et humanis ingeniis hauritur. Quam debuimus vel futuri iudicii metu servare, cuius testis conscientia nostra tacitis cogitationibus apud deum ipsa se prodit, quibus vel redarguitur improbitas vel defenditur innocentia. Itaque cum semper pateat domino, tum maxime in die iudicii manifestabitur, quando occulta cordis in

---

9–36 *cf.* Orig.-Ruf. In Rom. 6,8 **13** in tabulis scripta lapideis] *cf.* 2Cor. 3,3 (Ex. 24,12) **17–19** Rom. 2,14sq. **23sq.** *cf.* Rom. 2,15 **24** *cf.* Rom. 2,16

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

6 lata] data *Epc.HMOSW* **d** immo] *add.* magis *Kmp.* **7** operentur *B* **9** equidem *H* **aer** **10** legem non fuisse *tr.O* necessarium *Fac.* Moysem *P* **11** legem naturalem *tr.M* infundit *A* **14** innodavit] *add.* atque *Kmp.* quam *Bpc.FHOPS edd.*, qu(a)e *cett.*, quae *eras.K* **15** elaqueavit *Bpc.Fpc.OPS edd.*, equauit *H*, laqueauit *cett.* atque] quam *K* (q *sr.*) **16** scripsit *LP* **m**, dicit *F* **18** legerunt *AMpc.* **20** pr(a)ecipitur *BF* profluuio **ae** **21** in *om.P* **23** ipsa *om.Nac.* **24** quibus – **25** innocentia *om.O* **25** tum] tunc *O*, cum *A* **26** quando *om.O*

examen venient, quae putabantur latere. Quorum tamen proditio, occultorum scilicet, nequaquam noceret, si lex naturalis inesset pectoribus humanis; est enim sancta, sine versutia, sine fraude, consors iustitiae, expers iniquitatis. **4.** Denique interrogemus infantiam, videamus si quod in ea crimen reperitur, si avaritia, ambitio, dolus, saevitia, insolentia. Nihil suum novit, nullos honores sibi arrogat, praeferre se alteri ignorat, fraudem nescit, vindicare sese nec vult nec potest. Insolentia quid sit, puro ac simplici nequit animo comprehendere.

5. Solvit hanc legem Adam, qui voluit sibi arrogare quod non acceperat, ut esset sicut creator et conditor suus et divinum honorem affectaret. Itaque per inoboedientiam offensam traxit et culpam incidit ex insolentia. Qui si non rupisset imperium et oboediens fuisset mandatis caelestibus, praerogativam naturae atque ingenitae sibi innocentiae heredibus propriis reservavisset. Ergo quia per inoboedientiam praerogativa naturalis legis corrupta atque interlita est, ideo scriptum legis aestimatum est necessarium, ut vel partem haberet qui universum amiserat, et cui perierat quod nascendo assumpserat, discendo saltem cognosceret et custodiret. Simul quia causa deiectionis eius superbia

---

37–40 *cf.* Gen. 3,5sq. **43sq.** *cf.* Iac. 1,3,12

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

27 tamen *om.Nac.* **28** lex *om.O* **30** fraudei *K* concors *B* **31** si quod *Bpc.m1Epc.Fpc.PS* **rm**, si quid (quit *Fac.*) *Eac.Fac.HL*, si /// *W*, sic ut *Bac.Mac.*, si *AKMpc.NO* **ade** **34sq.** nec vult *om.B*, non uult *O* **d**, nec *om.Wac.* **35** nec] ne *Eac.Wac.* **38** sicut *om.Fac.LP* **39** et] sic ut *B* **m** **40** et] *add.* in *Wpc.* ex] *om.Fac.*, et *EMac.OW* insolentiam *Far.OW* **43** reservasset **aerm** **44** interlita] interdicta *Apc.Mpc.S* **ad**, *add.* al. interlita *Amp.mg.* **45** extimatum **d**, existimatum **arm** **46** et – **47** adsumpserat *om.L* **47** discendo saltem cognosceret *om.EMac.OW* **48** custodireti *K* eius *om.K*

fuit, superbia autem orta est ex praerogativa innocentiae, debuit ea lex ferri quae subditum deo et subiectum redderet. Nam sine lege peccatum nesciebatur, et minor erat culpa, ubi erat culpae ignorantia. Unde et dominus ait: *Si non venissem et locutus fuissem his, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato.*

6. Lata est ergo lex, primum ut excusationem tolleret, ne quis diceret: Peccatum nescivi, quia praescriptum non erat quid caverem; deinde ut omnes subditos faceret deo agnitione peccati. Omnes autem subditos fecit, quia non solum Iudaeis data est, sed etiam gentes vocavit; proselyti enim ex gentibus sociabantur. Neque vero exceptus videri potest qui vocatus defuit; lex enim quos vocavit et alligavit. Universorum itaque culpa operata est subiectionem, subiectio humilitatem, humilitas oboedientiam. Itaque quia superbia culpam contraxerat, e contrario culpa oboedientiam generavit. Unde lex scripta quae videbatur superflua, facta est necessaria, ut peccatum peccato solveret.

7. Sed ne rursus aliquis deterreatur et dicat incrementum peccati factum esse per legem et legem non solum non

---

51sq. *cf.* De Iac. 1,4,13 **52–54** *Ioh. 15,22 **55sqq.** *cf.* Iac. 1,6,20sq. **57** *cf.* Rom. 3,19 **67–74** *cf.* Iac. 1,6,21sq.

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

49 praerogatiuam *EMac.* **50** ferri] fieri *P* quae] quam *ABac.EKL Mac.W* **52** ignorantia] -am *Mar.*, -(a)e *Aac.Bar.Ear.H* et *om.M* **53** locutus] *add.* non *O* **rm** his fuissem *tr.H*, eis fuissem *P* iis **arm** **54** peccato] *add.* suo *FP* **55** lata] data *EHS* **d** **57** quid] quod *OW* **59** iudeos *O* data est *om.O* **60** sociebantur *AFK* **d**, -iantur *EHMOSW* **61** potuit *F* fuit *Nac.* quos] quod *B* et *om.Mac.P* **r** **62** culpam *Bac.* **63** oboedientiam – **64** culpa *om.HM, add.* itaque (cum itaque *H*) – generauit *post* generavit *HM* oboedientiam] *add.* generauit *Amp.(et eras.)* **dr** **64** e] et *B* culpam *Bac., add.* in *Bsl.* **67** aliquid *Bac.EFac.HLMNSac.W* **68** factam *Bpc.* per *om.B*

profuisse, sed etiam obfuisse arbitretur, habet quo solari suam possit sollicitudinem, quia etsi per legem super*abundavit peccatum, superabundavit* et *gratia*. Quid sit hoc intellegamus.

8. Super*abundavit peccatum* per legem, quia *per legem* agnitio peccati et coepit mihi obesse scire id quod per infirmitatem vitare non possem. Ad cavendum enim prodest praesciscere, sed si cavere non queam, obfuit nosse. Versa ergo lex in contrarium, tamen ipso peccati incremento facta est mihi utilis, quia humiliatus sum. Unde et dixit David: *Bonum mihi quod humiliatus sum*. Humiliando autem me solvi vinculum erroris superioris, quo Adam et Eva nexuerant omnem propriae seriem successionis. Unde et dominus quasi oboediens venit, ut inoboedientiae et praevaricationis humanae laqueus solveretur. Itaque sicut per inoboedientiam peccatum intravit, ita per oboedientiam peccatum solutum est. Unde et apostolus ait quia *sicut per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita et per oboedientiam unius hominis iusti constituentur multi.*

70sq. Rom. 5,20 **73–78** *cf.* Orig.-Ruf. In Rom. 6,8 **73sq.** Rom. 7,7 **79** *Ps. 118,71 **85–87** *Rom. 5,19

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

69 habet quo] hquo abet (!) *M* quod *FHLS* **d** **70** possit suam *tr.FO* etsi] si *O* **71** peccatum superabundavit *om.Aac.* sit] *add.* et *HS* hoc *om.O* **75** enim] ergo *Nac.* **76** praesciscere] praescissere *Bac.*, praescisse *Bpc.* **m**, -scire *AFKNac.P* **aer** **78** unde – **79** sum *om.Bac.* dauid dixit *tr.O*, dauid dicit *P* **79** bonum] *add.* est *BEFHLMOpc.PW* **m**, *sed cf. LXX* quod] quia *MO* autem *om.P* **80** Eva nexuerant] euam ex- *Eac.MNar.W*, eua ex- *HKNpr.OS* **ade**, eua uexerant *A*, eua nexuerunt *P* **81** et *om.F* **82** inoboedientiae] -a *O*, oboe- *BEac.LMac.*, oboedientia *F* et *om. F* **83** oboedientiam *Mac.* **85** per inoboedientiam *om. Mac.* **86** peccatores *om.Bac.*, -ris *H* **d** plurimi] multi (*Vulg.*) *BH* et *om.P* **d** **87** iusti *om.Fac.*

9. Habes igitur unum, quia lex et superflua fuit et facta est non superflua: superflua in eo quia non fuisset necessaria, si illam legem naturalem servare potuissemus; sed quia non conservavimus, ista lex per Moysen necessaria facta est, ut doceret me oboedientiam et laqueum illum solveret praevaricationis Adae, qui laqueus totam adstrinxit hereditatem. Crevit quidem culpa per legem, sed et culpae auctor superbia soluta est, idque mihi profuit; superbia enim culpam invenit, culpa autem gratiam fecit.

10. Accipe aliud: Non fuit necessaria *lex* per Moysen; denique *subintravit*, quod utique non ordinarium sed velut furtivum significare videtur introitum, eo quod in locum naturalis legis intraverit. Itaque si illa suum servasset locum, haec lex scripta nequaquam esset ingressa. Sed quia illam legem excluserat praevaricatio ac propemodum aboleverat pectoribus humanis, regnabat superbia inoboedientiaque sese diffuderat; ideo successit ista, ut nos scripto conveniret et *omne os obstrue*ret, ut totum mundum faceret deo subditum. Subditus autem mundus eo per legem factus est, quia ex praescripto legis omnes conveniuntur et

---

97sq. Rom. 5,20 **105sq.** omne os obstrueret – subditum] *cf.* Rom. 3,19

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

88 ergo *N* quia] quod *O* **89** superflua *alt. om.B* **91** conseruamus *Mac.*, seruauimus *ABKN* **aerm** moesen *Bac.* necessaria *om.EHMac.O Sac.W* **93** qui] quae *Bac.*, qua *W*, que *Eac.*, quo *O*, *om.Mac.* laqueo *O* adstrixit *BEM*, adstringit *O* **99** furtivum] for- *EMac.*, fortium *Wac.*, fortuitum *HS* **ade** **101** scripta *om.Mac.* **102** aboleuerant *Bac.*, absoluerat *EHMOSW* **d**, *add.* in **r** **103** superbia] *add.* per *A* **103sq.** inoboedientiam qu(a)e *ABEKLMNar.*, inobedientiae que *P* **104** ideoque *L* ita *B* **105** os] *om.B*, hos *Kar.* **105sq.** subditum faceret deo *tr.P* **106** eo] ei *O* **d**, deo *N* **107** conuincuntur **r** et *om.BWac.*

ex *operibus legis* nemo *iustificatur*, id est quia *per legem peccatum cognoscitur*, sed culpa non relaxatur.

11. Videbatur lex nocuisse, quae omnes fecerat peccatores, sed veniens dominus Iesus peccatum omnibus, quod nemo poterat evitare, donavit et *chirographum* nostrum sui sanguinis effusione *dele*vit. Hoc est quod ait: Super*abunda*vit *peccatum* per legem, *superabundavit* autem *gratia* per Iesum, quia postquam *totus mundus subditus* factus est, totius mundi peccatum abstulit, sicut testificatus est Iohannes dicens: *Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi*. Et *ideo nemo glorietur* in operibus, quia nemo factis suis iustificatur, sed qui iustus est, donatum habet, quia *per lavacrum* iustificatus est. Fides ergo est quae liberat *per sanguinem* Christi, quia beatus ille cui peccatum remittitur et venia donatur.

Vale, fili, et nos dilige, quia nos te diligimus.

---

108 ex operibus legis nemo iustificatur] Rom. 3,20; Gal. 2,16 **108sq.***Rom. 3,20 **110** omnes fecerat peccatores] *cf.* Rom. 5,19 **111sq.** veniens – donavit] *cf.* Col. 2,13 **112sq.** chirographum – delevit] Col. 2,14 **113sq.** Rom. 5,20 **115** totus – factus est] Rom. 3,19 **117** Ioh.1,29 **118** *1Cor. 3,21 **118sq.** quia – iustificatur] *cf.* Rom. 3,20; Gal. 2,16 *al.* **119** Tit. 3,5 **120sq.** liberat – Christi] Rom. 5,9 *al.* **121sq.** beatus – donatur] *cf.* Rom. 4,6sq.; Ps. 31,1 *al.*

ABEF[H]KLMNOPSW; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

109 sed] et *P* **111** dominus *om.Bac.* **112** euadere *P* **m** et – **113** delevit *om.Oac.* chirographum] ciro- *ABEFLMS*, cyro- *HKNOPW*, -fum *ENS* nostrum *om.Mac.* **113** sanguis *Aac.K* **113sq.** superabundavit – legem *om.Wac.* **114** gratia *om.W, add.* donum *Wsl.* **115** Iesum] christum *EHMOSW* **d**, *add.* christum *Asl.m1, add.* iesum *Msl.* subditus *om.Mac.* factus *om.Fac.LP* **116** tulit *Nac.* **117** peccata *FLP* **119** per] post *HS* **ae**, *add.* uel per *Ssl.* **120** ergo *om.O* est] et *Bac.* **121** dimittitur *N* **123** filii *M* et nos *om.AKac.* diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

LXIIII (*Maur.74*)

Ambrosius Irenaeo

1. Audisti, fili, hodie lectum in apostolo quia *lex paedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur.* Quo uno absolutas arbitror quaestiones, quae plerosque movere consuerunt. Sunt enim qui dicant: Cum legem deus Moysi dederit, quid causae est ut pleraque in lege sint, quae per evangelium iam vacuata videantur? Et quomodo unus utriusque conditor testamenti, cum quod licebat in lege, per evangelium coeperit non licere, ut est circumcisio corporalis, quae licet etiam tunc signo data sit, ut circumcisionis spiritalis veritas teneretur, tamen qua ratione vel in ipso signo fuit? Cur ista diversitas aestimatur, ut tunc circumcidi pietas crederetur, nunc impietas iudicetur? Deinde sabbati diem feriatum esse debere observabatur ex lege, ita ut si quis onus aliquod lignorum portasset, mortis fieret reus, nunc autem diem ipsum et oneribus subeundis et negotiis

---

3sq. Gal.3,24 **14–16** *cf.* Num. 15,32.36

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

1 LXIIII *Apr.Wpc.*, LXV *Aar.BEFKLMN* **d**, XXI *P*, XVI *O*, LXXII **a**, XLII **r**, *om.HSB*$_1$ **2** Ambrosius Iraeneo] Ambrosius episcopus Clementiano **r**, *om.B*$_1$, sermo beati ambrosii ad plebem *praem.B*, *add.L* irenio *M*, *add.* salutem **d** **3** fili] -ii *Mar.*, frater *B*$_1$ quia – **4** iustificemur] tuo *O* **4** ut *om.Wac.* iustificemur] -cetur *EMSac.W* **d** quo] quia *W* **5** absolutos *Mac.Nac.* consueuerunt *MSac.* **6** dicunt *EHMOSW* **ader** deus legem *tr.P* moysi deus *tr.F* moesi *Bac.*, moysy *M* **7** causa *Bac.EMac.W* est] sit *B*$_1$, extiterit *N* sint *om.Mac.* **8** euacuata *O* uidentur *B*$_1$ **m** **9** cum] *add.* id *B*$_1$ **m** quo *EMW* **10** corporis *A* **11** libet *A* tunc] *add.* in *B*$_1$ circumcisio *B*$_1$ **12** veritas – vel *om.B*$_1$ tenerentur *Bac.* **13** cur *om.N* extimatur **d**, existi- **a** ut – **14** iudicetur *om.B*$_1$ **14** crederentur *Bac.* **15** feriarum *Mpc.* debere] *add.* et *Wsl.* **16** aliquid *Bac.H* morti *B*$_1$ **17sq.** et negotiis obeundis *om.EMac.OW*

obeundis sine poena advertimus deputari? Et pleraque praecepta sunt legis, quae praesenti tempore cessare videantur.

2. Quid ergo causae sit consideremus. Non enim otiose dixit apostolus quia *lex paedagogus noster fuit in Christo.* Paedagogus cuius est, maturioris an adulescentis? Utique aut adulescentis aut pueri, hoc est aetatis infirmae. Paedagogus ergo, sicut etiam interpretatio latina habet, ductor est pueri, qui utique imperfectae aetati non potest perfecta adhibere praecepta, quae sustinere non queat. Denique per prophetam deus legis ait: *Dabo vobis praecepta non bona*, hoc est non perfecta; quod enim bonum, utique perfectum. Idem autem deus evangelio perfectiora servavit, siquidem ait: *Non veni legem solvere sed implere.*

3. Quae igitur istius causa distantiae nisi humana varietas? Sciebat durae cervicis populum Iudaeorum, lapsu mobilem, perfidiae promptiorem, qui aure audiret et non audiret, oculis videret et non videret, lubrico quodam infantiae levem et immemorem praeceptorum. Et ideo legem tamquam paedagogum mobili plebis ingenio et menti adhibuit

---

22 Gal. 3,24 **28** *Ez. 20,25 **31** *Mt. 5,17 **33** durae cervicis] *cf.* Ex. 34,9 **34sq.** aure – videret *alt.*] *cf.* Is. 6,9sq.; Mt. 13,14sq.; Ioh. 12,40; Act. 28,26sq.; Rom. 11,8

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; edd. (=**ad[e]rm**)

---

18 deputare *N*, disputari B_1 **19** sunt legis praecepta *tr.N* uidentur *O* **m** **23sq.** utique aut (*om.* **r**) adulescentis B_1 **rm**, *om.cett.* **ade** **24** aut *alt.*] an *Bpc.P* infirmi *Mac.* **25** ergo] enim **rm** etiam] euam *Bac.*, eum *Bpc.* ductor B_1, doctor *cett. edd.* **26** aetatis *Wpc.* **27** quae – queat] quia non potest sustinere B_1 **28** legis *om.O* **29** non perfecta] imperfecta *P* **30** deus] *add.* in B_1 **d** euangelia *O* profectiora *M* **32** cause *Bac.M* nisi] *add.* sit B_1 **33** lapsu *Bpc.PB*$_1$ **m**, lasciuum **r**, lapsum *cett.* **ade** mobilem *Bsl.mp.B*$_1$ **r**, humilem *cett.* **ade**, mobilem humilem **m** **34** perfidia *PWpc.* audire (-ret *pc.*) aure *M* **35** oculo *FLP* **37** mobilis *Epc.HMS* **d**

infirmae ipsaque legis praecepta moderatus aliud legi voluit, aliud intellegi, ut insipiens saltem quod legeret custodiret et a praescripto litterae non recederet, sapiens intellegeret divinae mentis sententiam, quam littera non resonaret, imprudens servaret legis imperium, prudens mysterium. Ideo lex severitatem gladii habet tamquam paedagogus baculum, ut imperfectae plebis infirmitatem poenae saltem denuntiatione deterreat, evangelium autem indulgentiam habet, quo peccata donantur.

4. Iure ergo ait Paulus quia *littera occidit, spiritus autem vivificat*. Littera igitur circumcidit exiguam corporis portionem, spiritus intellegens circumcisionem totius animae corporisque custodit, ut superfluis amputatis – quid enim tam superfluum quam avaritiae vitia libidinisque peccata, quae natura non habuit, culpa quaesivit? – castimonia teneatur, frugalitas diligatur. Signum igitur circumcisio corporalis, veritas autem circumcisio spiritalis est, illa membrum amputat, ista peccatum. Nihil imperfectum in homine natura generavit, nec tamquam superfluum iubebatur auferri. Sed ut adverterent qui partem sui corporis amputabant, multo

---

47 2Cor. 3,6; *cf.* Aug. conf. 6,4: saepe in popularibus sermonibus suis dicentem Ambrosium laetus audivi 'littera occidit ... ' **48sqq.** *cf.* Orig.-Ruf. In Rom. 2,13 (*PG 14,913 B–C*)

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

39 aliud] aud *A*, *add.sl.* al. aliud *Amp.* **40** a *om.B$_1$* litteram *L* **41** sententia *K* sonaret *MB$_1$*, personaret *FLP* **r** **42** ministerium *Bac.* **44** pene *LM* **45** terreat *M* **46** quo] quod *B*, qua *P* **47** Paulus] apostolus *P*, apostolus paulus *LM* **48** circumcidit] cidit *Eac.*, occidit *Epc.m1H MOSW* **ader**, *add.* oc *Asl.* **50** custodiat *Ear.L* ut *om.O* superfluamputentur *B$_1$ac.*, superfluaputentur *B$_1$pc.* amputatis] amputans necessaria dimittantur **d** **54** est] et *B* illa] *add.* enim *Nsl.m1* membrum] -ra *B$_1$*, -rorum *W* **55** peccatum] uitium *P* hominem *EMac.* **57** auerterent *K* quia *B$_1$*

magis amputanda peccata, recidendos eos qui delicta suadeant, etiamsi quadam unitate corporis conecterentur, sicut habes scriptum: *Si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam et proice abs te; expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Ergo sicut pueris ita Iudaeis mandata sunt non plena praecepta, sed ex parte, et velut unam membri sui partem mundam servare praecepti sunt, qui totum corpus suum mundum servare non poterant.

5. Sabbati quoque ferias uno die in ebdomade celebrare iussi sunt, ut nulli oneri subderentur; qui mundanis operibus absoluti utinam sic abissent, ut in illud perpetuum futurorum sabbatum saeculorum nulla secum gravium veherent onera delictorum! Sed quia lubricum populum deus noverat, partem infirmioribus diei unius observatione praescripsit, plenitudinem fortioribus reservavit. Synagoga diem observat, ecclesia immortalitatem. In lege igitur portio, in evangelio perfectio est.

6. Populus Iudaeorum ligna portare prohibetur, hoc est illa quae consumuntur incendio. Umbram tenet qui solem refugit. Tibi *sol iustitiae* umbram impedimento esse non passus apertum gratiae suae lumen infundens ait: *Vade et*

60–62 *Mt. 5,30 **67** *cf.* Ex. 31,13-17 **76** *cf.* Num. 15,32-36 **78** Mal. 4,2 **79** *Ioh. 8,11

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

58 suadebant *P*, suadent *O* **r** **59** necterentur B_1, coniectentur *A*, coniecterentur *Kac.* **60** abscinde *edd.* **61** enim *om.O* **63sq.** sunt – praecepta] praecepta sunt, non plena **r** **64** et *om.EHMOW* membris *A* **67** hebdomada **aerm**, ebdomadae *War.*B_1, ebdomada *LP* **d** **68** onere *Wac.* quia **ae**, qui a **r** mundationis *EHSac.W*, mundationi *Mac.* **69** in *om.O* **70sq.** delictorum ueherent onera *tr.*B_1 **71** dilectorum *Bac.* **72** unius diei *tr.O* una B_1 **73** *post* fortioribus *interp.AEKac.MN* **d** seruauit FB_1 **74** ecclesiam *Bac.* **76** portare ligna *tr.Fac.* **78** soli *M* impedimento B_1 **rm**, -tum *cett.* **ade**

amodo vide ne pecces. Tibi aeterni illius solis imitator ait: *Si quis autem superaedificaverit super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim manifestabit, quoniam in igne revelabitur, et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.* Et ideo illud superaedificemus supra Christum – Christus enim nostrum est *fundamentum* –, quod non exuratur sed melioretur. *Aurum* melioratur igni, melioratur *argentum.*

7. Audisti *aurum* et *argentum.* Putas hoc materiale, congregare desideras? Sed ludis operam: hoc *aurum* et *argentum* onus habet, fructum non habet. Onus quaerentis est, sumptus heredis. Hoc *aurum* sicut lignum exuritur, non perpetuatur, hoc *argentum* in die illo detrimentum vitae tuae, non lucrum afferet. Aliud aurum, aliud argentum a te quaeritur, hoc est sensus bonus, verbum optimum, de quibus dicit deus quia dat vasa aurea, argentea. Haec sunt munera dei: *Eloquia domini eloquia casta, argentum igne*

80–85 *1Cor. 3,12sq. **95** *cf.* Prov. 25,11 **97** *Ps. 11,7

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; edd. (=**ad[e]rm**)

---

80 solis *om.B$_1$* **81** superaedificauit *Fac.P* supra *K* fundatum *Bac.* **82** stipula *HB$_1$* uniuscuiusque] unicuiusque unius (unius *del.*) *M* **83** opus] *add.* quale sit igne probabit *M, add.* quale sit *Amp.* enim] domini enim *F*, enim domini *Epc.HPS edd.* manifestabit] -bat *Bac.*, -uit *L*, -bitur *B$_1$*, declarabit *H* quoniam] quia *N* **84** sit *om.Mac.* igne *EMW* **85** superaedificemur *A*, -amus *EHMOSW* **d** **86** exuretur *B* **87** melioretur] -atur *B$_1$* igni melioratur igni *B$_1$* igni] -e *BO*, igitur **ae** **89sq.** materiale oc (*om.ac.*) putas desiderare congregare *M* materiam *B* **90** desiderans *O*, desidera *Bac.L, add.* non *Wmp.mg.* sed] et *F* operamus *Mpc.* **92** est] et *B* heredes *B$_1$* **94** tuae] suae *FLO* affert **aer** **95** optimum] *add.* Haec sunt munera dei **r** **96** dominus dicit *tr.L* deus – **97** dei] Dauid **r** aurea] *add.* et *Fsl.NP* **aem** **97** domini eloquia *om.A* casta] sancta *B$_1$*

examinatum, probatum terrae, purgatum septuplo. Gratia sensus tui, nitor casti sermonis exigitur, splendor fidei, non tinnitus argenti. Hoc manet, illud perit, hoc *mercedem* habet et migrat nobiscum, illud *detrimentum* habet quod hic relinquitur. **8.** Si quis divitum putat quod illud argentum repositum et reconditum ei suffragari possit ad vitam, onus inane portabit, quod iudicii ignis absumat. Hic relinquite ligna vestra, divites, ut onus vestrum futuro incendio incrementa non addat. Si erogaveris, minuetur onus, et quod remanserit, onus non erit. Noli, avare, recondere, ne fias nudo quidem nomine Christianus, opere Iudaeus, cum adverteris onera tua tibi esse supplicio. Dictum est enim tibi non per umbram sed in sole: *Si cuius opus manserit mercedem accipiet, si cuius opus arserit detrimentum patietur.*

9. Et ideo tamquam perfectus, eruditus in lege, confirmatus in evangelio, utriusque fidem suscipe testamenti. *Beatus* enim *qui seminat super omnem aquam, ubi bos et asinus calcat,* sicut hodie lectum, hoc est qui seminat super populos qui sequuntur testamenti utriusque doctrinam. *Bos* est ille aratorius legis iugum portans, de quo lex dicit: *Bovi trituranti os non alligabis*, qui habet scripturarum cornua

---

100sq. 1Cor. 3,14sq. **110** 1Cor. 3,14sq. **114** *Is. 32,20 **117** *cf.* Ovid. Fast. 1,698 **117sq.** *1Cor. 9,9 (*1Tim.5.18; Deut. 25,4)

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad**[**e**]**rm**)

---

98 septuplo] -lum *FMpc.OP*, -la *HS* **99** casti – exigitur *om.EH Mac.OW* exigitur] exitur *B* **100** argento *B* preterit *N, add.* perit *Nsl.* **103** ei] eis *FL, om.B*$_1$ **104** portabat *Bac.* **a**, portat **erm** absumat] assumat *L*, sum *B*$_1$ lingua *Apc.* **105** incremento *AKac.*, -tum *H* **aer** **108** auerteris *EMW* **109** enim *om.P* **110** sole (solem *B*$_1$) si *B*$_1$ **rm**, sole *cett.* **ade** opes manserint *O* mercedem – **111** arserit *om.B* **111** opus *om.* **aerm** **112** in lege eruditus *tr.W* **113** suscipit *B*$_1$ **115** lectum] *add.* est *FKsl.LPSpc.Wpc.B*$_1$ **aerm** **116** populum *FLP* sequitur *P* utriusque testamenti *tr.O* **117** iugum portans *om.B*$_1$ **118** quis *Ear.* qui habet] habes *B*$_1$

divinarum. *Pullum* autem *asinae* dominus in evangelio in figura populi gentilis ascendit. **10.** Puto autem, quoniam dives est verbum dei, quod etiam illud intellegere debeamus quia bos habet cornua plena terroris, taurus ferociam habet, asinus mansuetudinem. Quod bene ad praesentia derivatur, quia beatus qui et severitatem et mansuetudinem tenet, ut altero disciplina servetur, altero innocentia non opprimatur. Nimia enim severitas extorquet plerumque terrore mendacium. Deus diligi maluit quam timeri. Dominus ergo caritatem exigit, servus timorem, cum perpetuus in homine terror esse non possit, quia scriptum sicut hodie lectum est: *Ecce in timore vestro ipsi timebunt quos timebatis.*

Vale, fili, et nos dilige, quia nos te diligimus.

---

119 Luc. 19,30 **120** *cf.* Luc. 19,35 **130** *Is. 33,7

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad[e]rm**)

---

120 gentilis populi *tr.O* **121** etiam – **122** quia *om.B$_1$* debemus *FM* **122** terroris] *add.* et ideo *B$_1$* ferociam] -ium *Mac.*, -itatem *Apc.Mpc.* **123** a *Fac.* praesentiam *OW* diriuatur *ABpc.HKNPpc.B$_1$* **124** qui *om.Oac.* **125** alteri (*bis*) *B$_1$* seruatur *Aac.K* **126** nimia – **127** mendacium *om.O* enim *om.W* **127** mendacium] iudicium *Kpc.* ergo] autem **m**, *om.* **r** **128** cum – **129** scriptum *om.Fac.* perpetuis *A* **129** scriptum] *add.* est *Asl.BFMOPWsl.B$_1$* **dm** sicut *om.B$_1$* **130** timebas *AK* **131** vale – diligimus *om.B$_1$* filii *M* nos *pr. om.ABEFKac.Wac.* diligimus] *add.* contuli *BFL*, explicit epistula .I. *B$_1$*, expl(icit) *O*

LXV (*Maur.75*)

Ambrosius Clementiano

1. Etsi sciam quod nihil difficilius sit quam de apostoli lectione disserere, cum ipse Origenes longe minor sit in novo quam in veteri testamento, tamen quoniam superiore epistula visus tibi sum, cur *paedagogus lex* diceretur, non absurde explicavisse, hodierno quoque sermone vim ipsam apostolicae disputationis meditabor aperire.

2. Superiora enim lectionis eius hoc habent, eo quod ex operibus legis nemo iustificetur sed ex fide, quoniam *qui ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Christus* autem *redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictum.* Non ex lege igitur hereditas data est, sed ex repromissione. Etenim *Abrahae dictae sunt repromissiones et semini eius, quod est Christus. Lex itaque praevaricationum gratia posita est, donec veniret semen cui repromissum est.* Et ideo conclusa sunt *omnia sub peccato, ut repromissio ex fide Iesu Christi daretur*

---

2 Clementiano] *cf. Proleg.* **4** Origenes] *praeter hunc locum duobus solis locis nominatus (Abr. 2,54 et In ps. 118,4,16) fortasse etiam huius epistulae fons fuit* **6** Gal. 3,24 **10sq.** Gal. 3,10 **11sq.** *Gal. 3,13 **14sq.** *Gal. 3,16 **15sq.** *Gal. 3,19 **17sq.** Gal. 3,22

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

1 Incipit epistula II filiciter lege in christo iesum B_1 LXV *Apr.Wpc.*, LXVI *Aar.BEFKLMN* **d**, XXII *P*, XVII *O*, LXXIII **a**, XLIII **r**, *om.HS* **2** Ambrosius Clementiano *om.*B_1, *add.* salutem **d** Clementiano] hireneo *OP*, *add. in mg.* alius liber clementiano *P* **4** ipsae B_1 origenis *AEKLMac.NSac.Wac.*, originis *FMpc.*, origines B_1 minores sint B_1*pc.* sit] *add.* tam *Ksl.* **5** in *om.*B_1 tamen *om.*B_1 superiori *Bpc.* **m** **6** sum tibi *tr.***d** **7** explicavisse] explicuisse *FOP* **r**, *add.* sed B_1 ipsam] omnem ipsius B_1 **8** meditabar B_1 **9sq.** ex operibus] superioribus B_1 **11** autem *om.Fac.* **13** promissione *K* **14** repromissionis B_1 **16** repromissum est] promiserat *M* conclausa *Bac.*

credentibus. Postquam venit autem fides, iam non sub lege, hoc est *sub paedagogo sumus*, quia sumus *filii dei et omnes* sumus *in Christo Iesu.* Si autem *omnes* sumus *in Christo Iesu, ergo Abrahae semen* sumus, *secundum promissionem heredes.* Haec est apostolicae conclusio sententiae.

3. Sed occurrit adhuc ei qui poterat etiam Iudaeus dicere: Et ego heres sum, quoniam sub lege sum, lex autem vetus dicitur testamentum, ubi autem testamentum ibi hereditas. Et licet ad Hebraeos ipse dixerit quia *testamentum* non valet, nisi *mors intercedat testatoris*, id est quoniam *testamentum non valet quamdiu vivit testator*, sed eius morte firmatur, tamen quia in Hieremia dominus locutus est de Iudaeis et ait: *Facta est hereditas mea mihi sicut leo*, heredes eos negare noluit. Sed sunt heredes sine re, sunt et cum re. Et dicuntur heredes testatore vivente qui scripti sunt, sed sine re. **4.** Sunt etiam heredes parvuli, qui *nihil* differunt *a servulo*, quoniam *sub curatoribus* sunt *et actoribus. Ita*, inquit, *et nos eramus* Iudaei *sub elementis mundi huius servientes. Postquam vero venit plenitudo temporis* et Christus adve-

---

18sq. *Gal. 3,25 **19** Gal. 3,26 **19sq.** Gal. 3,28 **20–22** *Gal. 3,29 **26–28** Hebr. 9,16sq. **30** *Ier. 12,8 **33sq.** Gal. 4,1 **34** *Gal. 4,2 **34–36** *Gal. 4,3sq.

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad[e]rm**)

---

18 autem uenit *tr.HOP* **rm**, ueniat autem *AMpc.*, autem *om.Mac.* lege] paedagogo **r** **19** sub *om.AKac.* paedagogo] lege **r** quia sumus *om.Wac.* sumus *pr.*] *add.* et **m** **20** si – **21** Iesu *om.EMac.OW* **23** quia *NOB$_1$*, quod *HS* **ader** iudaicus *Mac.* **24** heredes *Bac.* **25** testamentum dicitur *tr.P* ubi – testamentum *alt. om.Lac.* autem *om.OW* **26** dixerat *M* **27** intercedet *Bac.* testatori *B$_1$*, testatos *Wac.* id est *om.B$_1$* **28** uiuat *B$_1$* **29** locutus est dominus *tr.O* est *om.B$_1$* **30** et *om.B$_1$* mea *Fsl.m1PB$_1$* **r**, *om.cett.* **adem** (*sed cf. LXX*) mihi – heredes *om.Mac.* heredis *B$_1$* **31** negarem *Mac.* nolunt *EOW* sine re] inhere *Bac.*, in re *Bpc.*, sincere *Apc.EMWac.*, si heredes *B$_1$* et *om.B$_1$* **33** sine re] sincere *EMac.O* deferunt *Bac.* **34** seruo *B$_1$* auctoribus *M* **34sq.** et nos inquit *tr.FHLP* **35** iudaeis *Bac.* elementas *A* huius mundi *tr.O*

nit, iam non sumus servi sed liberi, si credamus in Christum. Ergo dedit illis speciem hereditatis, possessionem negavit. Habent nomen heredis, usum non habent, quia sicut parvuli heredes nomen nudum hereditatis, non auctoritatem usurpant, iubendi ius et utendi non habent, quia plenitudinem suae aetatis exspectant, ut a curatoribus liberentur.

5. Sicut ergo parvuli, ita et Iudaei *sub paedagogo* sunt. Lex paedagogus est, paedagogus ad magistrum ducit, magister noster solus est Christus: *Nolite dicere vobis* dominum et *magistrum, quia* dominus et *magister vester unus est*. Paedagogus timetur, magister viam salutis ostendit. Timor ergo ad libertatem perducit, libertas ad fidem, fides ad caritatem, caritas acquirit adoptionem, adoptio hereditatem. Ergo ubi fides ibi libertas: servus enim sub metu, liber ex fide, ille sub littera, iste sub gratia, ille in servitute, iste in spiritu. *Ubi autem spiritus domini ibi libertas*. Si igitur ubi fides ibi libertas, ubi libertas ibi gratia, ubi gratia ibi hereditas. Iudaeus autem littera, non spiritu, in servitute est; qui non habet fidem, non habet spiritus libertatem. Ubi autem nulla libertas, nulla gratia, ubi nulla gratia, nulla adoptio, ubi nulla adoptio, nulla successio.

---

37 iam – liberi] *cf.* Gal. 4,7 **43** Gal. 3,25 **44** *cf.* Gal. 3,25 **45sq.** *Mt. 23,10 **52** 2Cor. 3,17 **54sq.** *cf.* 2Cor. 3,6

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad[e]rm**)

---

37 in christum credamus *tr.P* christo B_1 **38** illi *Bac.* spem *O* **r**, *om.Fac.* **39** heredes B_1*ac.*, hereditatis *HN* usum – **40** heredes *om.*B_1 **40** hereditatem B_1 auctoritate B_1 **41** et] ut B_1 utendi] tutendi *EHMac.Wac.*, tutandi *Wpc.*, tuendi *Mpc.OS* **d** **43** iudaeis *Ear.* **44** a magistrum (-ro *pc.*) *B* **45** uobis dicere *tr.AFN*, dicere nobis **d** **46** vester *om.Fac.O* **d** est] *add.* christus *Asl.HMSW* **aerm** **47** timetur] *om.O, add.* magister instruit B_1 ostendunt *A* ergo] add. ille *Asl.M* **49** acquirit *om.Mac.* **50** libertas] liber B_1 ibi] illi *O* **52sq.** ibi ... ubi *tr.M* **55** habet *alt. om.M* **56** nulla *pr. et alt.*] ulla *Bac.* ubi – **57** ubi *om.*B_1

6. Tamquam clausis ergo tabulis cernit hereditatem, non possidet, auctoritatem non habet lectionis. Nam quomodo dicit *pater noster* qui verum dei filium negat, per quem adoptivus acquiritur? Quomodo testamentum nuncupat qui mortem testatoris negat? Quomodo libertatem usurpat qui negat sanguinem quo redemptus est? Hic enim est nostrae pretium libertatis, sicut Petrus dicit: *Sanguine pretioso redempti estis,* non agni utique sed eius qui mansuetudine et humilitate tamquam agnus advenit et totum mundum una sui corporis hostia liberavit, sicut ipse ait: *Sicut agnus ductus* sum *ad immolandum.* Unde et Iohannes ait: *Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi.*

7. Ergo Iudaeus heres in littera, non spiritu, tamquam *parvulus* est *sub curatoribus et actoribus.* Christianus autem, qui plenitudinem temporis agnovit, qua Christus advenit factus *ex muliere,* factus *sub lege ut* omnes *qui sub lege erant redimeret,* Christianus, inquam, per *unitatem fidei et agnitionem filii dei in virum perfectum in mensuram aetatis* exsurgit *plenitudinis Christi.*

Vale, fili, et nos dilige, quia nos te diligimus.

---

60 Mt. 6,9 **62** mortem testatoris] *cf.* Hebr. 9,16 **64** 1Petr. 1,18sq. **67** *Is. 53,7 (Ier. 11,19; Act. 8,32) **69** Ioh. 1,29 **70** *cf.* 2Cor. 3,6 **71** Gal. 4,1sq. **73–74** Gal. 4,4 **74–76** Eph. 4,13

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad**[**e**]**rm**)

---

58 tubulis *M*, talibus *A*, *add.* al. talibus *Kmg.* cernet *Bac.* **59** lectiones B_1 **60** filium dei *tr.AKP* per – **62** negat *om.Mac.* **61** acquiritur] re- *EHMpc.OSW* **d**, efficitur *N*, *add.* adquiritur *Nsl.* **63** qui *om.Bac.Fac.* hoc B_1, hinc *O* est] et B_1 **64** dicit] ait *P* **65** eius] dei *AKMpc.* **66** et *alt. om.B* **67sq.** ductus sum sicut agnus *tr.K* **68** dictus *Bac.* **69** peccata *F* **70** non] *add.* in B_1 **71** et actoribus *om.S* est *post* actoribus *tr.*B_1 factoribus *B* **72** qua] quia *Bac.LB*$_1$, quo *P* **74** cristianos B_1 **75** fili B_1 dei] *add.* fecit B_1 exsurgit aetatis *tr.P* exsurgit] et surgit *AKac., om.*B_1 **77** vale – diligimus *om.*B_1 filii *M* diligimus] *add.* contuli *BFL, add.* explicit (*add.* de *S*) epistula II (secunda *S*) *ABELMSB*$_1$, expl(icit) *O*

LXVI (*Maur.78*)

Ambrosius Orontiano

1. Si *Abraham credidit deo et reputatum est ei ad iustitiam*, quod autem reputatur ad iustitiam, ex incredulitate ad fidem est, utique *ex fide* iustificamur, *non ex operibus legis. Abrahae autem* ipsi *duo filii, Ismahel et Isaac, unus de ancilla, alter de libera*, et responsum huiusmodi, ut expelleret *ancillam et filium* ancillae; non enim heredem fore ancillae filium, et ideo *non ancillae* nos filios esse, *sed liberae, qua libertate nos Christus liberavit*. Unde colligitur quod hi magis Abrahae filii qui ex fide; praestant enim fidei quam generationis heredes. *Lex paedagogus est*, fides libera. *Abiciamus ergo opera servitutis*, teneamus gratiam libertatis. Deseramus umbram solem secuti, ritus Iudaicos deseramus. **2.** Circumcisio membri unius nihil prodest, denique ait apo-

---

3 *Gal. 3,6 (Gen. 15,6; Rom. 4,3; Iac. 2,23) **5** Gal. 2,16 **5–7** Gal. 4,22 **7–9** *cf.* Gen. 21,9-12 **9sq.** Gal. 4,30–5,1 **12** Gal. 3,24 **12sq.** Rom. 13,12 **13** servitutis] Gal. 5,1

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

Incipit epistula III (tertia epistula *A*) *ABELMSWB*$_1$, *add.* lege filiciter in christo iesum *B*$_1$ **1** LXVI *AWpc.*, LXVII *BEFLMN* **d**, XXXIIII *P*, XXXIII *O*, LXXIIII **a**, XLIIII **r**, *om.HKSB*$_1$ **2** Ambrosius episcopus **r** Ambrosius Orontiano *om.Aac.Kac.B*$_1$. *add.* .s. **d** Horontiano **arm** **3** credit *B* **4** ex] et *A* credulitate *B*, incredulitatem *A* **6** ysaac et ismahel *tr.O* **7** ancilla] *add.* et *EHMOSW* **d** huiusmodi] *add.* accepit *O* expelleret] expleret *Aac.* **8** filiam *M* non – **9** ancillae *om.Wac.* **9** filios nos *tr.FLP* **10** christus nos *tr.AHKO* collegitur *Bac.* quo *Bac.Eac.KMacW.* hi] hii *BHPB*$_1$, ii *O* **arm**, i *M* **11** abrae fili *B*$_1$, habere filii *Bac.*, filii abrahae *tr.O* **12** est] et *B* **13** operam *B*$_1$ **14** solem secuti] solis sicuti *B*$_1$ iudaicus *L* **15** circumcisionem membri *B*$_1$, circumcisionembri *Bac.* unius] *add.* quae *B*$_1$ apostolus ait *tr.O*

stolus: *Ecce ego Paulus dico vobis quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit*; non quia non possit, sed quia indignos beneficiis suis iudicet qui vias eius deserant.

3. Et quidem ante Seffora circumcidit filium suum et periculum depulit quod imminebat. Sed tunc profuit Christus, cum adhuc perfecta differret. Cum parvulus esset populus credentium, venit non parvulus sed perfectus in omnibus dominus Iesus. Circumcisus est primo secundum legem, ne legem solveret, postea per crucem, ut legem impleret. Cessavit ergo *quod ex parte est*, quia venit *quod perfectum est*. Crux enim in Christo non unum membrum, sed totius circumcidit superfluas corporis voluptates.

4. Fortasse adhuc quaeritur, qua ratione circumcidi ex parte voluerit, qui venerat perfectam circumcisionem demonstraturus. De quo non puto esse diutius deliberandum. Nam si *peccatum factus est* ut nostra peccata mundaret, si *maledictum pro nobis factus est* ut legis maledicta vacuaret, ea ratione et circumcisus pro nobis est, ut circumcisionem legis auferret daturus salutem crucis.

5. *Spiritu igitur ex fide spem iustitiae* exspectandam nobis asserit apostolus et *in libertatem* vocatos *libertatem*

---

16 Gal. 5,2 **19** *cf.* Ex. 4,24-26 **21** parvulus] *cf.* 1Cor. 13,11 **22** perfectus] *cf.* 1Cor. 13,10 **23** *cf.* Luc. 2,21 **24** *cf.* Mt. 5,17 **25** 1Cor. 13,10 **28** *cf.* ep. 64,48sqq. **31** 2Cor. 5,21 **32** *cf.*Gal. 3,13 **35** Gal. 5,5 **36sq.** Gal. 5,13

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad[e]rm**)

---

16 quoniam] quia *P* **17** nil **r** **18** qui] quia *AMO* **19** et quidem *om.B* quidem] quia *M* sefora *MO*, effora *Bac.*, sephora *H* **arm** **20** sed] si *O* **20sq.** cum Christus *tr.* **ae** **21** differet *BFac.m1L*, deferret **d** **26** in Christo] christi B_1 **27** superfluas – **28** circumcidi *om.Fac.* corporis *om.* **ae** uolumtates *M* **28sq.** ex parte circumcidi *tr.O* **29** uenerit *M*, uenit *O* **32** euacuaret *Bpc.PW* **33** et] ut *M* **33sq.** circumcisionis legem *O* **35** expectandum *A*

nostram in occasionem carnis non debere conferre, siquidem *neque circumcisio aliquid valet neque praeputium, sed fides quae per caritatem operatur*. Et ideo scriptum: *Diliges dominum deum tuum*. Qui autem diligit, utique credit et credendo unusquisque diligere incipit. Denique *Abraham credidit* et sic diligere coepit et credidit non ex parte, sed per omnia; aliter enim plenam habere non poterat caritatem, quia scriptum est: *Caritas credit omnia*. Si non credit omnia, non videtur caritas esse perfecta. Ergo perfecta caritas omnem fidem habet.

6. Non tamen facile dixerim quod continuo omnis fides perfectam caritatem habeat, quia apostolus dixit: *Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil* mihi prodest. Etenim cum *tria* sint maxime in viro Christiano, *spes, fides, caritas, maior his caritas*. **7.** Sed arbitror propositi gratia hoc dixisse apostolum; neque enim videtur mihi qui *habeat omnem fidem ita ut montes transferat caritatem non habere*. Quo modo et illud: Si habeat aliquis *omnia mysteria et omnem scientiam*, quomodo non habeat caritatem, cum dicat Iohannes quia *omnis qui credit*

38sq. Gal. 5,6 **39sq.** Deut. 6,5 (Mt. 22,37 *al.*) **41** Gal. 3,6 **44** 1Cor. 13,7 **48–50***1Cor. 13,2sq. **50sq.** 1Cor. 13,13 **53–55** 1Cor. 13,2 **56sq.** *1Ioh. 5,1

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad**[**e**]**rm**)

---

37 nostram in occasionem] in occasionem nostrae *O* **39** scriptum] *add.* est *FLOPWpc.B$_1$* **rm** diligis *B$_1$ac.* **41** credidit] credit *A* **42** et sic] etsi *B* coepit] incipit *HSac.* **d**, incepit *Spc., add.* denique *HS* **d** credidit] *add.* et *OW* **43** habere plenam *tr.* **aer** habere *om.Nac.* non poterat habere *tr.* **m** **48** habet *B$_1$* habeam] habuero *HOP* **m** **50** mihi *om.Mac.* cum *om.O* sunt *NO* **51** his] *add.* est *L* **rm**, *om.O* **52** arbitror] *add.* michi *Asl.M* proposita *B$_1$* **53** qui *om.B$_1$* habet *O* ut *om.AKac.* **54** transferam *M* **55** ministeria *Bac.* **56** habet *MOS* caritatem] *add.* praesertim *B$_1$* **m** iohannes dicat *tr.N* omnes *B$_1$ac.* credidit *Bar.*

quia Iesus Christus est, de deo natus est, et supra ipse dixerit quoniam *qui de deo natus est non peccat*? Unde colligitur: Si is *qui credit quia Iesus Christus est, de deo natus est*, et *qui de deo natus est non peccat*, utique is *qui credit quia Iesus Christus est non peccat*. Si quis autem peccat, non credit, qui autem non credit, nec diligit, qui autem non diligit, peccato obnoxius est. Ergo non diligit qui peccat. *Caritas* enim *multitudinem operit peccatorum*. Quodsi *caritas* peccandi excludit affectum, quandoquidem etiam *timorem excludit foras*, plena est utique perfectae fidei caritas.

8. Denique *apostoli*, qui futuri erant amici, *dixerunt: Adauge nobis fidem*, petentes a bono medico, ut infirmantem in se fidem sanaret. Infirmabatur adhuc fides in his, cum audiret etiam Petrus: *Minime fidei, quare dubitasti?* Ergo fides velut praevia caritatis occupat animam et praeparat semitas venturae dilectioni. Sic omnis fides est, ubi perfectio caritatis. **9.** Ideo puto dici quia *caritas credit omnia*, hoc est facit fidem omnia credere et habere huiusmodi animam

---

58 1Ioh. 3,9 **59** *1Ioh. 5,1 **60** *1Ioh. 3,9 **63sq.** 1Petr. 4,8 *al.* **65** *1Ioh. 4,18 **67** *cf.* Ioh. 15,15 **67sq.** Luc. 17,5 **70** *Mt. 14,31 **72** omnis fides] *cf.* 1Cor. 13,2 **73–77** 1Cor. 13,7

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad[e]rm**)

---

57 est christus *tr.O* est *pr.*] et *Bac.L* et – dixerit *om.Kac.* dixerit] *add.* et *B* **58** unde – **60** peccat *om.Kac.* **59** his *Bar.M* credet B_1 Christus est *om.*B_1 **60** his *Aac.Bar.KM* **61** est christus *tr.*B_1 qui – **62** credit *om.B* **62** nec] non **ae** nec – diligit *alt.om.*B_1 **63** enim] autem B_1 **64** operit multitudinem *tr.L* operit *om.Mac.* **65** quando (*om.* quidem) B_1 **66** plena] *add.* que *Asl.M* **67** erant *om.Wac.* **68** a] *om.B*, ab uno *P* **69** iis **arm** **70** minimae *EFpc.LNOP edd.*, menime B_1*ac.*, modice *Asl.mp.* **71** velut *om.Bac.* **72** dilectionis *Far.* omnes B_1*ac.* est *om.O* **73** dici puto *tr.Fac.* **74** habere – **75** fidem] hadem B_1

omnem fidem. Ac per hoc ubi perfecta caritas, ibi omnis fides, sicut ubi perfecta caritas, spes omnis; denique sicut *omnia credit*, ita scriptum est quia *sperat omnia*, ideo maior, quia spem fidemque complectitur. **10.** Hanc caritatem habens nihil timet, quia *caritas timorem excludit foras*. Et ideo ablegato et exuto timore *omnia suffert, omnia sustinet*. Qui ergo per caritatem omnia sustinet, non potest timere martyrium. Et ideo quasi victor alibi in fine ait: *Mihi enim mundus crucifixus est et ego mundo*.

Vale, fili, et nos dilige, quia nos te diligimus.

77sq. 1Cor. 13,13 **79** *1Ioh. 4,18 **80** 1Cor. 13,7 **82** Gal. 6,14

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad**[**e**]**rm**)

---

75 fidem omnem *tr.HS* **d** ibi – **76** caritas *om.Mac.B$_1$* **76** caritas] *add.* ibi **rm** omnes *BB$_1$ac.* **77** est *om.HS* **d** **80** ideo *om.Mac.* ablegato **aerm**, abligato *B$_1$*, obligato *cett.* **d** et *om.O* exuto] excluso *B$_1$* suffecit *Apc.* **81** qui – sustinet *om.B$_1$* qui] quia *EMOW* timere] *add.* uim *Apc.M* **82** alibi *om.B$_1$* in fine alibi *tr.A* ait in fine *tr.O* finem *B$_1$* enim] autem *L*, *om.B$_1$* **84** vale – diligimus *om.B$_1$* filii *M* diligimus] *add.* contuli *BFL*, *add.* explicit (*add.* de *Msl.S*) epistula .III. (tertia) *BELMSWB$_1$*, expl(icit) *O*

LXVII (*Maur.80*)

⟨Ambrosius ... ...⟩

1. Audisti, fili, lectionem evangelii, in qua decursum est quod *praeteriens dominus Iesus vidit a generatione caecum.* Ergo ne nos quidem praeterire debemus quem praetereundum dominus non putavit, praesertim cum *a generatione* caecus fuerit. **2.** Quod non otiose est positum – est enim caecitas quae plerumque vi aegritudinis aciem obducit oculorum eademque temporis spatio mitigatur; est caecitas quae humorum infusione generatur, ea quoque vitio plerumque sublato medicinae arte depellitur –, ut cognoscas quia quod iste sanatur qui *a generatione* sua caecus est, non artis esse, sed potestatis. Donavit enim dominus sanitatem,

---

2 *Inscriptio in omnibus antiquioribus et plurimis recentioribus codicibus deest. Cum Ambrosius lectione de caeco nato exposita exclamet* veni ad baptismum, tempus ipsum adest (*l.47*), *inde ab editione principe haec epistula ad Bellicium baptismum differentem (cf. ep. 8) directa putatur; quod mihi persuasum non est, cf. Proleg.* **4** *Ioh. 9,1

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (=**ad[e]rm**)

---

1 Incipit (*add.* de *Msl.S*) epistula IIII (quarta) *BELMSWB$_1$*, *add.* lege filiciter amen *B$_1$* LXVII *ALWpc.*, LXVIII *EFKM* **d**, XXXIIII *O*, XXIII *P*, LXXV *N* **a**, XLV **r**, *om.BHSB$_1$* **2** Ambrosius Bellicio *Mm3Sm3* **aem**, Ambrosius episcopus Bellicio **r**, Orontiano epistula quarta *Amp.*, Ambosius Oronciano .S. Praedicatio euangelii de Caeco **d**, Ambrosius hireneo *P*, Predicatio euangelii de caeco *FKN*, *om.cett.* **3** fili *correxi*, frater *codd. edd., sed cf. l.66* **4** generationem *War.* **5** ergo] *add.* si dominus vidit non eum praeterivit quare **rm** ne] nec *Epc.HOSB$_1$ edd.* **8** plerisque *B$_1$* vi aegritudinis] uia egr- *EKLar.M*, uia aegr- *A*, uiae aegr- *B$_1$* **9** eademque] eaque *O* spatio] *om.B*, gratia *M*, *add.* uel spatio *Mmg.mp.* mitigatur] *add.* et *P* **10** umorum *M* generatur] signatur *O* uitium *Bac.* **11** expellitur *P* **12** quia *om.***r** sanatur – est] qui a generatione sua caecus est sanetur **r** quia generatione *Aac.*, qui gen. *Apc.* **13** esse] est *Fsr.B$_1$* **em**

non medicinam exercuit; eos enim sanavit dominus Iesus, quos nemo curaret.

3. Quam stolidi autem Iudaei qui interrogant: *Hic peccavit an parentes eius?* debilitates corporum referentes ad merita delictorum. Et ideo dominus ait: *Neque hic peccavit neque parentes eius, sed ut manifestarentur opera dei in illo.* Quod enim naturae defuit, creatori competit reformare, qui auctor naturae est. Unde addidit: *Cum in hoc mundo sum, lux sum huius mundi*, hoc est: Omnes possunt videre qui caeci sunt, si me lumen requirant; *accedite* et vos *et illuminamini*, ut videre possitis.

4. Deinde quid sibi vult quod is qui vitam refundebat imperio, salutem praecepto dabat dicens mortuo: *Exi foras*, et egressus est Lazarus de sepulcro, dicens *paralytico*: *Surge, tolle grabatum tuum, et surrexit* paralyticus et coepit grabatum ipse portare, in quo solutus membris omnibus portabatur, quid, inquam, sibi vult quod *exspuit et fecit lutum et superunxit oculos caeci et dixit ei: Vade et lava in Siloam, quod interpretatur missus, et abiit et lavit et videre coepit*? Quae ista ratio est? Magna, ni fallor; plus enim videt quem

---

16sq. *Ioh. 9,2 **18** *Ioh. 9,3 **21** *Ioh. 9,5 **23sq.** *Ps. 33,6 **26** Ioh. 11,43sq. **27sq.** *cf.* Marc. 2,11 **30sq.** Ioh. 9,6 **31sq.** *Ioh. 9,7

ABEF[H]KLMNOPSWB$_I$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

16 stolidi] -de **r**, stulti *B* Iudaei qui] discipuli **r** **18** ait *om.B$_I$* **19** eius *om.BEKLMac.NOW* manifestarentur] -taretur *B$_I$ac.*, -tentur *AHMP Wac.*, -fistentur **d** **21** est naturae *tr.O* **22** huius *om.BHMac.OP* **r** qui] quia *EMOS* **ae** **23** et vos *om.Bac.* **24** videre possitis] uideri possit deus *B$_I$* **25** deinde] denique *P* his *ELMW* **27** surge] *add.* et *B$_I$* **28** paraclito *Mac.* **29** omnibus – **30** quid *om.B, add.* iacebat quid *Bmp.mg.* **30** exspuit et] ex sputo *EHMOW* **d** **31** insuperunxit *OW* oculus *B* dicit *M* et *om.B*$_1$ syloam *FHKOB$_I$pc.*, soloam *B$_I$ac.*, syloa **ar** **32** videre coepit] uisum recaepit *A* **33** est ista ratio *tr.B$_I$* nisi *B$_I$*, in *L* videt] tangi *Pac.*

Iesus tangit. **5.** Simul et divinitatem et sanctificationem eius adverte: Quasi lux tetigit et lumen infudit, quasi sacerdos per figuram baptismatis mysteria gratiae spiritalis implevit. Exspuit, ut adverteres quia interiora Christi lumen sunt, et vere videt qui Christi mundatur internis. Lavat saliva eius, lavat sermo eius, sicut habes: *Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.* **6.** Quod autem *lutum fecit et superunxit oculos caeci*, quid aliud significat, nisi ut intellegeres quia ipse hominem luto illito reddidit sanitati, qui *de luto hominem figuravit*, et quod haec caro luti nostri per baptismatis sacramenta aeternae vitae lumen accipiat? Accede et tu ad *Siloam*, hoc est ad eum qui *missus* est a patre, sicut habes: *Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit.* Diluat te Christus, ut videas. Veni ad baptismum, tempus ipsum adest. Veni festinus, ut et tu dicas: *Abii et lavi et videre coepi*, ut et tu dicas: *Caecus eram et videre coepi*, ut et tu dicas, sicut iste refuso lumine ait: *Nox praecessit, dies appropinquavit.*

---

39 Ioh. 15,3 **41** Ioh. 9,6 **43** Gen. 2,7 **45** Ioh. 9,7 **46** *Ioh. 7,16 **48sq.** *Ioh. 9,11 **49** Ioh. 9,25 **50** Rom. 13,12

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (= **ad**[**e**]**rm**)

---

34 et *alt.*] *om.Fac.*, ac *Fpc.m1* **35** adverte] *add.* quia *Lsl.* quasi] quia si *FKpc.* et *om.Fac.B$_1$* infudit] infundit *B$_1$ar.*, *om.Mac.* **36** implevit] infudit *Nac.*, -bit *W* **37** auerteres *A* **38** uidit *B$_1$ac.* **39** eius *pr. eras.F* **42** luto – **43** hominem *om.O* illito luto *tr.K* illito] inluto *Apc.M* **42sq.** sanitati reddidit *tr.A* **43** sanitatem *Ear.* quod *om.Mac.* **44** sacramentum *P* **45** accepit *B* Siloa **r** **47** misit me *tr.F* deluit *B$_1$ac.* veni ad baptismum] ueniat baptismatis *M* **48** ipsum *om.B$_1$* veni] venit **a** et *pr. om.* **m** et ut *tr.O*, tu *om.Oac.* **49** ut *om.F* caecus] in tenebris *B$_1$* **50** et] *om.* **m** **51** dies] *add.* autem *MNOP* **m**

7. Nox erat caecitas. *Nox erat* cum Iudas accepit bucellam ab Iesu et *introivit in eum satanas*. Iudae nox erat in quo diabolus erat, Iohanni dies erat qui in Christi pectore recumbebat. Petro quoque dies erat cum lumen Christi videret in monte; nox erat aliis sed Petro dies erat. At vero ipsi Petro nox erat quando Christum negabat, denique *gallus cantavit et flere coepit*, ut emendaret errorem; iam enim *dies appropinquabat*.

8. Interrogabant Iudaei caecum: Quomodo vidisti? Grandis amentia! Interrogabant quod videbant, interrogabant causam, cum factum viderent. *Et maledixerunt ei dicentes: Tu sis discipulus eius*. Maledictio eorum benedictio est, quia benedictio eorum maledictio est. *Tu sis*, inquiunt, *discipulus eius*. Tunc prosunt, quando nocere se credunt.

Vale, fili, et nos dilige, ut facis, quia nos te diligimus.

52sq. Ioh. 13,30.27 **54sq.** *cf.* Ioh. 13,23.25 **55sq.** *cf.* Mt. 17,2-4 **57sq.** *cf.* Mt. 26,69-75 **58** Marc. 14,72 **59** *Rom. 13,12 **60** *cf.* Ioh. 9,10 **62** *Ioh. 9,28

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

52 bucellam accepit *tr.B* **53** ab B_1, a *cett. edd.* et] *add.* tunc **ae** Iuda **d** **56** monte] *add.* nox erat sed lumen uidebat B_1 (*cf. ep. 65,47*) at] ad B_1, aut *B* **57** christus negabatur *EHMOWS* **d** **61** quod] quo B_1, quomodo *EMOW* videbant] -at *OWpc.*, debant B_1*ac.* **62** maledixerint *Wac.* ei *om.Mac.* **63** maledictio – **65** eius B_1 **erm**, *om.cett.* **ad** **66** vale – diligimus *om.*B_1 filii *M* ut facis *om.NO* diligimus] *add.* contuli *BFL*, expl(icit) *O*

LXVIII (*Maur.26*)

Ambrosius Irenaeo

1. Etsi iam superiore epistula hanc quam proposuisti quaestiunculam absolverim, tamen aliquid plenius requirenti tibi ut filio afferre atque exsculpere non supersederim.

2. Ac semper quidem decantata quaestio et celebris absolutio fuit mulieris eius, quae in libro evangelii quod secundum Iohannem scribitur, adulterii rea oblata Christo est. Id enim Iudaeorum commenta est tergiversatio, ut si contra legem absolveretur, contra legem prolata domini Iesu sententia teneretur, si autem damnata esset ex lege, vacare Christi videretur gratia.

3. Sed vehementior facta est, posteaquam episcopi reos criminum gravissimorum in publicis iudiciis accusare, alii et urgere usque ad gladium supremamque mortem, alii accusationes huiusmodi et cruentos sacerdotum triumphos pro-

1 *Scripta paulo post mortem Priscilliani sociorumque (a.384/385), cf. Proleg.* **2** Irenaeo] *contra omnium codicum testimonium multi viri docti hanc epistulam ad Studium datam esse putant, quod Ambrosius quaestionem propositam in epistula 50 ad eundem data tractavit. Quod cur non probem cf. Proleg. 2.2.13* **3** superiore epistula] *sc. ep. 50* **6sqq.** *cf.* Ioh. 8,3-11 **13** *accusatores episcopi erant Ithacius Ossonobensis et Ydacius Meridensis, cf.* Sulp. Sev. chron. 2,50sq.

ABEF[H]KLMNOPSWB$_1$(P_1, B_1 *des. l. 13* vehementior); *edd.* (= **ad[e]rm**)

1 LXVIII *Apr.Wpc.*, LXVIIII *Aar.BEKLM* **d**, XVIII *O*, XXIIII *P*, LXXVI **a**, LII **r**, *om.HNS, sine intervallo ad epistulam praecedentem addita est in* B_1 **2** Ambrosius episcopus **r** Ambrosius – **6** ac *om.*B_1 Irenaeo] irenio *M*, Studio **aer** **3** iam *om.* **ae** superiori *Bpc.* **5** exsculpere *HP* **m**, expulp- *Aac.Kac.*, exclud- *F*, exculp- *cett.* **6** ac] at **d** **7** euangelio *Mac.* **8** rea] ita *M* **9** commentata *Fpc.*PB_1 **m** **10** probata B_1 **11** teneretur] uideretur *P*, *add.* uel teneretur *Psl.* **12** uagare *EMac.W* uideretur christi *tr.HOS* **14** accusarent P_1 et] *add.* uel ut P_1*sl.* **15** urgerent P_1 accusationis P_1*ac.* **16** sacerdotem *Nac.* triumphos *om.Oac.*

bare coeperunt. Quid enim aliud isti dicunt quam dicebant Iudaei, reos criminum legibus esse publicis puniendos et ideo accusari eos etiam sacerdotibus in publicis iudiciis oportuisse, quos asserunt secundum leges oportuisse puniri? Eadem causa est sed numerus minor, hoc est non dispar iudicii quaestio, sed poenae dispar invidia; unam Christus puniri ex lege non passus est, isti minorem numerum asserunt esse punitum.

4. At quo loci hoc iudicat Christus? Nam plerumque secundum qualitates locorum in quibus docebat famulos suos, disputationes suas formare dignatus est, ut *in porticu Salomonis*, hoc est sapientis, deambulans loquebatur: *Ego et pater unum sumus*, ut in templo dei dicebat: *Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit*. Hoc quoque iudicium in templo positus exercet, sicut scriptum est in posterioribus; sic enim habes: *Haec verba locutus est Iesus in gazophylacio docens in templo et nemo apprehendit eum*. Quid est gazophylacium? Collatio fidelium, sumptus pauperum, requies egenorum. Iuxta quod sedens Christus, ut habes secundum Lucan, *duo aera* mulieris viduae divitum muneribus censuit

---

27sq. Ioh. 10,23 **28** Ioh. 10,30 **29** *Ioh. 7,14-16 **32** Ioh. 8,20 **36sq.** Luc. 21,2sq.

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

17sq. iudaei dicebant *tr.M* **18** publicis *om.Mac.* puniendos – **19** publicis *om.B* **19** etiam] *add.* a *Fsl.PP$_1$* **aerm** **20** oportuisse] *add.* puniri *Asl.mp.* quos – oportuisse *om.Mac.* **22** poenae] paene *EW*, poene *AK*, pene *HMP$_1$* **ade**, penae *O*, pena *B* **23** non *om.P* minorem] morem *B* **25** at quo] ad quod *P$_1$* **26** famulos] filios *Nac.* **29** docebat *Fpc.* **30** misit me *tr.FHLMOPSW* quoque *om.Mac.* **31** sicut *om.Wac.* **32** gazophilatio (gazof- *A* **d**) *AHKSW* **d**, gazofalatio *L*, -filacium *B* **33** templum *B* **34** consolatio *N* **35** Christus] iesus *P*, dominus *M*, *om.P$_1$* **36** Lucan *BEac.*, -am *cett. edd.*, *om.Fac. add.* marcum *Fsl.m1 et* lucan *mg.* area *Bac.*, aerea *Lac.* mulieres *Bac.* muneribus] mulieribus *EWar.*

praeferenda, divino videlicet testimonio praeferens opimae praemiis largitatis sedulae liberalitatis affectum.

5. Qui tale habebat iudicium, videamus quid ipse iuxta gazophylacium positus conferebat. Non enim otiose viduam praetulit *duo aera* mittentem. Pretiosa ista paupertas est, fidei opulenta mysterio. Ista sunt *duo aera*, quae Samaritanus ille evangelicus ad eius curanda vulnera, *qui incidit in latrones, stabulario* dereliquit. Ergo et ista specie vidua, in typo ecclesia, hoc gazophylacio sacro conferendum putavit, quo pauperum sanarentur vulnera, peregrinorum ieiunia sedarentur. **6.** Unde et nunc quid Christus conferat, spiritaliter te oportet expendere. Dividebat enim populis *argentum examinatum* eloquiorum caelestium et imaginis regiae pecuniam populorum adnumerabat affectibus. Nemo plus misit quam qui totum donavit. Satiabat esurientes, replebat inopes, illuminabat caecos, redimebat captivos, paralyticos erigebat, mortuos resuscitabat, et quod est amplius, conferebat absolutiones reorum, peccata donabat. Haec sunt *duo aera*, quae misit ecclesia, posteaquam accepit a Christo. Quid enim sunt *duo aera* nisi pretium novi et veteris testamenti? Pretium scripturae fides nostra est; nam quod legi-

---

42–44 duo aera – stabulario dereliquit] Luc. 10,35 **43** Luc. 10,30 **48** Ps.11,7

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

37 praeferens *om.Mac.* oppime *M*, optimae **a** **38** sedulae] seduiae *B* libertatis *Pac.* **39** qui *om.***d** habeat *P$_1$ac.* **40** conferebant *B* **40sq.** praetulit uiduam *tr.O* **42** ita *Bac.L* **45** ecclesiae *BFKpc.PWpc.* **m** **46** sanarentur] sanentur *Mac., om.B* uulnera sanarentur *tr.O* **47** sedarentur] sederetur *Bac., add.* sanarentur *Bpc.*, sanarentur **a** **48** populus **d**, -li *Kac.* argentum] *add.* igne *EHMOSW edd.* **50** adnumerauit *P* **51** donavit] *add.* et *S* satiauit *L*, sciebat *Bac.* **51sq.** replebat inopes *om.S* **52** redimebat – **54** absolutiones *om.O* paraclytos *N* **53** mortuos resuscitabat *om.EMac.W* suscitabat *BHS* **d** **54** absolutionis *Bac.* **56** duo sunt *tr.Apc.M*, duo *om.Aac.Fac.* novi *om.Bac.* et] ac *M* ueteri *EWac.*

tur, pro intellegentis aestimatur arbitrio. Remissio igitur peccatorum utriusque pretium testamenti est, quae per agnum in typo adnuntiata est, in veritate completa per Christum.

7. Ideo habes neque septem dierum purgationem sine trium dierum esse purgatione. Septem dierum purgatio secundum legem, quae in specie praesentis sabbati spiritale sabbatum adnuntiavit. Trium dierum purgatio secundum gratiam, quae evangelii testificatione signatur, quia tertio die dominus resurrexit. Ubi poena praescribitur, debet esse paenitentia peccatorum, ubi remissio donatur, gratia est. Praecedit paenitentia, sequitur gratia. Neque paenitentia ergo sine gratia neque gratia sine paenitentia; debet enim paenitentia prius damnare peccatum, ut gratia possit abolere. Ideo typum legis accipiens Iohannes *baptizavit in paenitentiam*, Christus ad gratiam.

8. Septimus ergo dies legis mysterium signat, octavus resurrectionis, sicut habes in Ecclesiaste: *Da partem illis septem et illis octo.* Nam et in propheta Osee legisti dictum ad eum: *Conduc tibi fornicariam quindecim denariis*, eo quod gemino aere veteris et novi testamenti, hoc est integro fidei

---

60 agnum] *cf.* Is. 53,7 **63sq.** *cf.* Lev. 12,2 **65** *cf.* Exod. 19,10sq. **66** *cf.* Luc. 24,7 **72** Mt. 3,11 **74–86** *cf.* In Luc. 5,49sq. (ep. 31,66-97) **75** *Eccle. 11,2 **77** *Ose 3,1sq.

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

58 per ... arbitrium (*ex* -io *m1*) *A* intellegentis] -tiae *ex* -tia *B* extimatur **d** **60** agnum *Bpc.Fpc.HPpc.Wpc.* **aerm**, anum *Pac.*, annum *cett.* **d** typico *A* **63** esse *om.Mac.P* purgationem $P_1ac.$ **64** praesenti *L* sabbatis *EM* **66** tertia *HL* **67** debet esse *om.*P_1 **68** peccatorum] *add.* est P_1 **69** nequae *N* **70** ergo *om.*P_1 paenitentia debet enim *om.Sac.* **72** typicum *A* iohannis *Bac.* **73** paenitentiam P_1 **m**, -a *cett.* **ader** **74** significat *O* **75** ecclesiastes *MOP$_1$ar.* da] de *Bac.* **76** illis] istis P_1 os(a)eae *BEKMW*, osceae **d** legitis *B*, legis P_1 **78** et] ac *FM*

pretio, mulier illa vago quodam et meretricio gentium convenarum comitatu fulta conducitur. **9.** *Et conduxi*, inquit, *eam gomor hordei et semigomor*. Per hordeum significat quia imperfectos vocaret ad fidem, ut perfectos redderet. Per gomor intellegitur plena mensura, per semigomor semiplena mensura. Plena mensura in evangelio est, semiplena in lege, cuius plenitudo novum est testamentum. Siquidem ipse dominus ait: *Non veni legem solvere sed implere.*

10. Nec otiose quindecim anabathmorum psalmos davidicos legimus et quindecim gradibus ascendisse solem, cum Ezechias, iustus rex, vitae huius acciperet commeatum. Significabatur enim esse venturus *sol iustitiae*, qui gradus quindecim veteris et novi testamenti illuminaturus esset praesentiae suae lumine, quibus nostra fides ad vitam adscendit aeternam. Unde et hoc quod hodie in apostolo lectum est, mysticum reor, eo quod *quindecim diebus apud Petrum* manserit. Videtur enim mihi quod apostolis sanctis scriptu-

---

80sq. *Ose 3,2 **86** *Mt. 5,17 **87** anabathmorum] *i.s. psalmi 119–133* **88sq.** *cf.* Is. 38,5-8 **90** Mal. 4,2 **94** *cf.* Gal. 1,18

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

79 gentium] gestu P_1 conuenorum *Eac.* **80** conduxi *AKNP*$_1$ **rm**, condux *L*, -it *cett.* **ade** **81** semigomor] *add.* et nevel vini **m**, *add.* hordei et nevel vini **r** **82** imperfecto suo caret *EMac.OW* uocare *L* **84** plena mensura *om.Wac.P*$_1$ evangelio] *add.* plena P_1*mp.mg.* est] et *FL, om.P* in lege] intellege *Bac.* **85** cuius] eius *M* **87** nec] non *HSac.* **d** quindecim – **88** et *om.Wac.* anabathmorum] -tmorum **d**, -thinorum *P*, -tinorum *Kmg.*, anabat (anñabat *M*) morum *BEHLMNOpc.S*, morum *AKac. Oac.W*, al. anabatinorum *Kmp.mg.*, mandabat morum P_1 daviticos *ABFHKLNOPWP*$_1$ **ad** **88** ascendisse gradibus *tr.L* **89** ethicas *M* (i *sl.*) **90** esse *om.Oac.* uenturos P_1*ac.* **91** et] ac *M, om.Wac.* **93** hoc *om.Mac.* **93sq.** lectum est in apostolo *tr.FLP* **94** est *om.P*$_1$*ac.* reor mysticum *tr.A* eo] et P_1, e *B* **95** apostolus *M*

rae divinae interpretationes sermone secum vario conferentibus pleni luminis refulserit claritudo, ignorantiae umbra decesserit.

11. Sed iam veniamus ad mulieris huius adulterae absolutionem. Oblata erat a scribis et pharisaeis domino Iesu adulterii rea et hac oblata fraude, ut si eam absolveret, legem solvere videretur, sin vero damnaret, propositum sui mutaret adventus, quia peccata omnium remissurus advenit. Denique supra ait: *Ego non iudico quemquam.* Offerentes ergo eam dixerunt: *Hanc mulierem invenimus publice moechantem.* Scriptum est enim in lege Moysi omnem moecham lapidari. *Tu vero quid dicis de ea?* **12.** Quae cum dicerent, *Iesus inclinato capite digito scribebat in terra.* Et cum exspectarent ut audirent eum, *erigens caput dixit: Qui sine peccato est prior lapidet eam.* Quid tam divinum quam ista sententia, ut is peccata puniat qui exsors ipse peccati sit? Quomodo enim feras alieni ultorem et proprii criminis defensorem? Nonne se magis ipse condemnat, qui in alio damnat quod ipse committit?

13. Hoc autem dixit et *scribebat in terra.* Quid? Utique dicens: *Festucam quae in oculo est fratris tui vides, trabem*

---

100 *cf.* Ioh. 8,3sqq. **104** Ioh. 8,15 (*cf.* 5,30) **105–107** Ioh. 8,4sq. **108.115** *Ioh. 8,6 **109sq.** *Ioh. 8,7 **116** *Mt. 7,3

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

96 interpretationes] -nem *B edd.*, -nis *AFKac.P$_1$ac.* cum ferentibus *F* **98** discesserit *BO*, decessit *AP$_1$ac.* **99** etiam *Bar.* mulieres *Fac.* huius *om.L* **101** hac] haec *EHMW* fraude ut] fraudeat *P$_1$ac.* **102** sin vero damnaret *om.Sac.* **105** ergo *om.M* eam] *add.* et *W*, *add.* publice *M* micantem *P$_1$ac.* **106** enim] autem **r** Moysis **m** **107** qui *Eac.* quae] ac *P$_1$ac.*, hoc *P$_1$pc.* **108** scribebat in terra digito *tr.Oac.*, scribebat digito in terra *tr.Opc.* terram *P$_1$* **109sq.** est sine peccato *tr.M* **110** est] *add.* uestrum *FP$_1$sl.* **111** exsors] expers *FP* ipse *om.F* peccati ipse *tr.O* **112** enim *om.Mac.* **113** ipse *om.Mac.* condemnet *FP* **115** terram *P$_1$ac.* quid *om.O* **116** oculo] *add.* tuo *Aar.Msl.*

autem quae in oculo tuo est non vides. Libido enim velut festuca est, cito accenditur, propere consumitur. Sacrilegium perfidiae, quod Iudaei negabant *propriae salutis auctorem*, sceleris magnitudinem personabat. **14.** Scribebat autem in terra *digito* quo legem scripserat. Peccatores *in terra scribuntur*, iusti *in caelo*, sicut habes dictum ad discipulos: *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelo.* Secundo autem scripsit, ut gemino testamento Iudaeos scias esse damnatos.

15. *Audientes autem hoc verbum exierunt foras unus post unum, incipientes a senioribus, et sedebant cogitantes de se, et remansit solus Iesus et mulier in medio stans.* Bene ait quod *exierunt foras* qui nolebant esse cum Christo. Foris littera est, intus mysteria. Sequebantur enim divinarum lectionum quaedam velut arborum folia, non fructum, qui vivebant in umbra legis et *solem iustitiae* videre non poterant. **16.** Denique discedentibus illis *remansit solus Iesus et mulier in medio stans.* Donaturus peccatum solus remanet Iesus, sicut ipse ait: *Ecce venit hora et iam venit, ut dispergamini unusquisque*

---

119 *Hebr. 2,10 **121** digito] Ex. 31,18 **121sq.** Ier. 17,13 **123** *Luc. 10,20 **126–129** *Ioh. 8,9 (*et var.lect.*: καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι) **130–132** *cf.* In Luc. 7,161 (*p.353,10-15*) **132** Mal. 4,2 **135sq.** *Ioh. 16,32

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

117 tuo oculo *tr.L* **118** consummitur *Ear.M* **119** quod (quo **rm**) – propriae P_1 **erm**, in *P, om.cett.* **ad** **120** magnitudine **ad** **121** quod *Ear.M* peccatoribus P_1 **122** scribitur P_1 iustis P_1, isti *W* **123** caelis *AHS edd.* **124** ut] *add.* in *AMsl.* scias iudaeos *tr.O* **126** unum *M* **128** bene – **134** stans *om.Pac.* **129** cum christo esse *tr.P* **131** fructum] -uum *EFpc.HLMNSWP$_1$* **ad**, -us *Fac., add.* uel tum *Smp.P$_1$sl.* vivebant] -bat *B*, uidebant *EFLMW*, uidebantur *O* **132** umbram $P_1ac.$ legis] solis *P* **133** discedentibus] dece- *O*, descend- *Wac.*, discen- *Bac.P$_1$ac.* **135** ora *B*

in sua et me solum relinquatis. Non enim legatus neque nuntius sed ipse dominus salvum fecit populum suum. Solus remanet, quia non potest hoc cuiquam hominum cum Christo esse commune, ut peccata condonet. Solius hoc munus est Christi, *qui tulit peccatum mundi.* Meruit et mulier absolvi, quae recedentibus Iudaeis remansit sola cum Christo.

17. *Elevans autem caput Iesus dixit mulieri: Ubi sunt qui te accusabant? Nemo te lapidavit? Et illa respondit: Nemo, domine.* Et ait ad illam Iesus: *Nec ego te damnabo; vade et amodo vide ne pecces.* Vide, lector, divina mysteria et clementiam Christi. Cum accusatur mulier, caput Christus inclinat, elevat autem, ubi defecit accusator; ita nullum damnari vult, absolvi omnes. **18.** Breviter autem omnes haereticorum interimit quaestiones dicendo: *Nemo te lapidavit?* Qui dicunt Christum diem nescire iudicii, vel qui ait: *Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis*, ecce et hic ait: *Nemo te lapidavit?* Quomodo utique interrogat quod videbat? Sed interrogat nobis, ut nosceremus non esse lapidatam. Est etiam humani affectus

---

136sq. *Is. 63,9 LXX **137** Mt. 1,21 **140** *Ioh. 1,29 (Is. 53,4.7) **142–145** *Ioh. 8,10sq. **149** haereticorum – quaestiones] *cf.* Fid. 5,55–88. 189–192 **151** *Mt. 20,23 **152** *Ioh. 8,10

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

137 faciet *B* **138sq.** commune esse cum christo *tr.M* **139** cum donet *Sac.*, cum condonet *Spc.* **140** et *om.N* **141** Christo] Iesu *FLP* **m** **142** mulier *B* **143** lapidavit] condemnavit (*Vulg.*) **r** (*item ll. 149 et 152*) **144** condemnabo (*Vulg.*) *EFHMOSW* **d** **145** ammodo *MNar.S* nec *F* vide *om.Aac.* **146** Christus] iesus *AEHMOSW* **d** **147** deficit *Bpc.* **m** **148** omnes absolui *tr.O* **149** interemit *MP*$_1$ **d** lapidabit *Wac.* **150** qui *pr.*] quod *HS* **151** vel *om.Mac.* ad *alt. om.EHMac.OSW* **d**, a *Mpc.* sinistrum *A* est *om.Bac.* **151sq.** meum est *tr.M* **154** nos sciremus *Bpc.*, cognosceremus **m**, nos cognosceremus *P*$_1$ lapidatam] condemnatam **r** effectus *W*

haec consuetudo, ut interrogemus saepissime quod videmus. Et ideo mulier respondit: *Nemo, domine.* Hoc est dicere: Quis potest lapidare quam ipse non damnas? Quis potest alium sub tali sententiae condicione punire? **19.** Cui respondit dominus: *Nec ego te damnabo.* Adverte quomodo propriam sententiam temperavit, ut Iudaei de absolutione mulieris calumniari nihil possent, sed in se magis calumniam retorquerent, si queri vellent. Dimittitur enim mulier, non absolvitur, quia deerat accusator, non quia innocentia probabatur. Quid ergo quererentur, qui priores a persecutione criminis et ab exsecutione supplicii destiterunt?

20. Addidit autem deviae: *Vade et amodo vide ne pecces.* Emendavit ream, non crimen absolvit. Etenim severiore sententia culpa damnatur, si unusquisque crimen suum oderit et in se incipiat condemnare delictum. Etenim cum reus occiditur, persona magis quam culpa punitur, ubi vero culpa deponitur, absolutio personae est poena peccati. Quid est ergo *vade et amodo vide ne pecces*? Hoc est: Ex quo te

---

156 Ioh. 8,11 **159** Ioh. 8,11 **166** Ioh. 8,11

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; *edd.* (= **ad[e]rm**)

---

155 haec *om.P* **157** quis *pr.*] qui *Bac.* lapidare] condemnare **r** **158** conditione sententiae *tr.M* **158sq.** cui respondit dominus P_1 **erm**, *om.cett.* **ad** **159** condemnabo *HS* **d** **160** sententiam] poenitentiam P_1*ac.* ut] et *EMW* **161** possunt *M* **163** innocens *O* **aer** **164** probatur *BHMSP*$_1$, approbatur **aer** quaererentur WP_1, querentur *Mac.* quia **a** prioris **d** **165** criminis – exsecutione *om.Aac.* exsecutione] excusa-*Apc.BMpc.*, excusationem *Mac.* distiterunt *Bac.EKMac.NSWP*$_1$ **166** deviae] deinde *Npc.*, *om.*P_1 vide *om.BMac.* **167** seuiore *MO*, seuera *Bac.* **169** condemnari *B* delictum etenim *om.B* **170** ubi] si P_1 **171** deponitur] punitur P_1 est personae *tr.M* persona *Aac.Bac.K* poena *om.Mac.* **172** vade] uide *B* videre *B*

Christus redemit, corrigat gratia quam poena non emendaret, sed plecteret.

Vale, fili, et nos dilige ut filius, quia nos te ut parentes diligimus.

LXVIIII (*Maur.72*)

Ambrosius Constantio

1. Non mediocris plerosque movet quaestio, qua causa circumcisio et veteris testamenti auctoritate quasi utilis imperetur et novi testamenti magisterio quasi inutilis repudietur, cum praesertim Abraham primus oraculum circumcisionis celebrandae acceperit, qui *diem* domini Iesu *vidit et gavisus est,* quod utique in evidenti est, quia non corporalibus sed spiritalibus legis divinae intenderit et ideo veram dominici corporis passionem in agni conspexerit immolatione.

---

2 Constantio] *num idem fuerit ac episcopus Claternensis, cui ep. 36 data est, non liquet* **4. 6sq.** *cf.* Gen. 17,9-14 **5** *cf.* Act. 15,15; Rom. 2,25sqq. *al.* **7** Ioh. 8,56 **10sq.** *cf.* Gen. 22,13

ABEF[H]KLMNOPSWP$_1$; edd. (= **ad[e]rm**)

---

173 quam] quod P_1 emendaret – **176** diligimus] poterat P_1 **175** filii *M* ut filius *om.O* **176** diligimus] *add.* contuli *BFL, add.* explicit (*add.* de *S*) epistula IIII (quarta; III *A*) ad galat(h)as *ABELMSWP$_1$, add.* expl(icit) *O*

1 LXVIIII *Apr.Wpc.*, LXX *Aar.BEFKLM* **d**, XLVIII *O*, LI *P*, LXXVII **a**, *om.HNS* **r**, *add.* Incipit de epistula quinta ad galatas *S* **2** constantino *Aac.Mac., add.* salutem **d** **3** qua] quae *Eac.*, que *M* **4** circumcisio *om.Oac.* **5** et – repudietur *om.Eac.m1mg.Mac.O* **7** qui] quando *O, add.* utique *P* **8** quia] qui *O* **9** legi *Oac.* **10** agni] arietis **r** conspexerit] -xit *M*, inspexit *P* immolationem *N*

2. Quid ergo dicemus secutum patrem Abraham, ut id primus instituerit quod eius non sequeretur hereditas? Aut qua ratione circumciduntur infantulorum corpora et in ipso ortu subiciuntur periculis? Et hoc imperari oraculo, ut discrimen salutis fiat de mysterio religionis, quid hoc significat? Latet enim causa veri et oportuit aut aperto aliquid mysterio significari aut non periculoso mysteriorum indicio mandari. **3.** Cur vero signum testamenti divini in ea datur parte membrorum, quae visu inhonestior aestimatur? Aut qua gratia ipse operator corporis nostri in ipso nostrae generationis exordio circumcidi opus voluit suum et vulnerari et cruentari et abscidi partem, quam velut necessariam, quia omnia disposuit ordinate, cum ceteris membris faciendam putavit? Aut enim praeter naturam est haec portio corporis nostri et non oportuit habere omnes homines, quod esset praeter naturam, aut secundum naturam est et non decuit amputari quod secundum naturae perfectionem creatum foret, cum praesertim alieni a portione domini dei nostri id praecipue irridere soliti sint. Deinde cum propositum sit deo, ut frequenter ipse testificatus est, plures ad sacrae observantiam provocare religionis, quanto magis

---

12–41 *cf.* Orig.-Ruf. In Rom. 2,13 (*PG 14,910 A-C*) **15** oraculo] *sc.* Gen. 17,9–14

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

12 patrem] *add.* nostrum **r** **13** instituerit *Bac.* **15** ortu] cetu *Bac.*, actu *Bpc.* impari *O* **17** aliquo *O* **18** periculo *B* iudicio *O* **19** mundari *F* **20** partem *Nac.* visu] -a *OW*, -um *M*, usu *P* honestior *Mac.* existimatur **a** **21** qu(a)e *Ear.MW* operatur *EMNW* **22** exordium *Aac.Bac.Eac.KMN* **23** abscindi **aer** **24** quia *AKN* **aer**, quo *Bac.*, qui *cett.* **dm** faciendam *om.B* **25** autem *Bar.* **27** praeter *om.Sac.* **29** praesertim *om.Aac.* alieni a] alienigena *A, add.* gena *Msl.* domini *om.B* **30** irrideri *AEac.Kac.LMNW* **31** deo] de eo *FKpc.*

invitarentur, si non aliqui circumcisionis ipsius aut periculo aut opprobrio revocarentur!

4. Ergo ut ad prima redeamus et propositum persequamur ordinem, de ipsa circumcisionis qualitate dicendum videtur. Cuius gemina debet esse defensio, quia duplex est accusatio: una quae irrogatur a gentilibus, altera quae a his qui de populo dei sunt aestimatur. Vehementior autem gentilium, qui viros circumcisione signatos etiam opprobrio et illusione dignos arbitrantur.

Sed etiam ipsorum sapientissimi quique ita circumcisionem approbant, ut electos suos erga cognoscenda et celebranda mysteria circumcidendos putent. **5.** Denique Aegyptii, qui et geometriae et colligendis siderum cursibus operam intendunt suam, impium iudicant sacerdotem qui nequaquam habeat circumcisionis insigne. Nam neque magici carminis sapientiam nec geometriam nec astronomiam iudicant vim suam obtinere sine circumcisionis signaculo. Et ideo ut impetrandi vim operationi adhibeant suae, purgationem quandam vatum suorum circumcisionis arcano celebrandam existimant. **6.** Repperimus autem in historia veterum non solos Aegyptios, sed etiam Aethiopum et Arabum et Phoenicum aliquos circumcisione erga suos usos. Et

---

42–54 *cf.* Orig.-Ruf., 910 C – 911 B

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

33 inuitaretur *Bac.* **35** ad] a *ABac.EFac.KLMNac.Wac.* **a** prosequamur *Apc.* **ae** **36** qualitatem *M* **38** interrogatur *AKMN* altera *om.L* his] is *Fac.*, iis **arm** **39** qui] qu(a)e *Bac.FLM, om.P* sunt dei *tr.O* existimatur **a** **42** circumcisione *M* **44sq.** Aegyptii qui et *om.Mac.* **46** impendunt *S* **dr** **47** maici *Aac.KM* **48** nec *pr.*] ne *Eac.MWac.* **49** vim **rm**, uiam *cett.* **ade** signaculo] -um *Bac.*, oraculo *EHMac.OSW* **50** imperandi *Aac.O* operationi] -ne *Aac.K*, -nis *FLP* **51** archano *ABEHKLMPSW* **d** **52** existimat *Bac.* reperimus *HOS edd.* autem *om.K* **53** solos *ABFHKLN* **ader**, solum *cett.* **m** etiam *om. Oac.m1P* **54** usus *A*

hanc putant se adhuc probandae vim servare rationis, eo quod sui corporis primitiis et sanguinis initiati insidias daemonum, quas illi generi nostro moliuntur, exiguae partis arbitrentur consecrationibus destruendas, ut qui totius hominis saluti nituntur nocere, infirmari operationem suam putent circumcisionis sacrae vel lege vel specie. Arbitror enim quod in praeteritum ipse daemonum princeps cessare suas artes erga noxiae operationis effectum aestimaverit, si ei nocere conaretur quem signaculo circumcisionis sacrae initiatum adverteret, aut ei qui videtur in hoc saltem munere legi divinae obtemperare.

7. Iam qui singulorum membrorum officia diligenter expendit, non otiosam causam in hac membri huius portiuncula aestimare poterit, qua ratione non solum circumcidatur puer, verum etiam octavo circumcidatur die, quando incipit mater pignoris nati in sanguine esse puro, quae ante octavum diem fertur in sanguine immundo sedere.

Haec adversum eos dicta sint, qui nulla nobis unitate fidei sociantur, et ideo tamquam adversum dissidentes difficilior disputandi locus.

---

69 *cf.* Gen. 17,12 **70sq.** *cf.* Lev. 12,2sq. **72sq.** *cf.* Orig.-Ruf., 911 B

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

55 probandam *Nac.* vim *Faller*, ui *Apr.*, uiam *cett. edd.* seruare uiam *tr.O* rationes *A* **56** initiata *Bac.* **57** quas] quasi *M* generis *Bar.* **58** arbitrarentur *B* **59** salute *Aac.Kac.* infirmam *W* **61** praeteritum] posterum *O* **62** affectum *Nac.* existimauerit **a**, extim- **d** (*sim.semper*) **63** quem] quam *ex* quae *Fm1* **64** qui] que *M* uideretur *HLPS edd.* saltem] -im *FHLPS*, salutem *EKac.M*, salutis *O* **67** expedit *BFKpc.LP* partiuncula *N* **68** existimare **ae** **69** uero *Bac.* **70sq.** esse – sanguine *om.Mac.* **72** aduersus *O* unitate] uitae *B* **73** fidei *om.Pac.*, fide *Bpc.* aduersus *ex* -os *M*

8. Responsum autem sibi huiusmodi habeant, qui credunt in dominum Iesum, quod nudare noluimus, cum adversum opiniones gentilium disputaremus. Nam si *redempti* sumus *non corruptibilibus argento et auro, sed pretioso sanguine domini nostri* Iesu *Christi* – quo utique vendente, nisi eo qui nostrum iam peccatricis successionis aere quaesitum servitium possidebat? –, sine dubio ipse flagitabat pretium, ut servitio exueret quos tenebat obstrictos. Pretium autem nostrae liberationis erat sanguis domini Iesu, quod necessario solvendum erat ei cui peccatis nostris venditi eramus. **9.** Donec igitur hoc pretium pro omnibus solveretur hominibus, quod dominici sanguinis effusione pro omnium fuit solvendum absolutione, opus fuit singulorum sanguine, qui lege et consuetudinis ritu sacrae praecepta sequerentur religionis. Sed quia pretium pro omnibus solutum est, posteaquam passus est Christus dominus, iam non opus est ut viritim sanguis singulorum circumcisione fundatur, cum in sanguine Christi circumcisio universorum celebrata sit et in illius cruce omnes *simul* crucifixi simus cum eo et *consepulti* in eius sepulcro *complantati similitudini mortis eius, ut ultra non serviamus peccato; qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato.*

75–91 *cf.* Orig.-Ruf., 911 B – D **77–79** 1Petr. 1,18sq. **80–84** *cf.* Rom. 6,16–22; Ioh. 8,34 **93–96** Rom. 6,4-7

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

77 si *eras.A* **77sq.** redemptis unus *L* **78** auro et argento *tr.P* **80** nostrum] -ro *EHMOSW* **adr**, -am *L* peccatrici *M* successiones *Fac.* **82** exuret *Aac.BKLac.* obstrinctos *Bac.* **83** sanguinis *F* **84** erat *om.Mac.* **85sq.** solueretur pro hominibus (*om.* omnibus) *tr.O* soluerentur *Bar.* **86** omnibus *A* **87** absolutionem *Eac.M* **88** ritum *F* **90** dominus christus *tr.O* **91** sanguinis *AFLac.m1* **93** sumus *ABEFLMP Sac.W* **94** sepulcro] *add.* et *O*

10. Quodsi qui, ut Marcion et Manichaeus, reprehendendum dei putat esse iudicium, quia vel oraculum de circumcisione celebranda edendum putavit esse, vel legem, qua sanguinis effusio mandatur, necesse est ut is etiam dominum Iesum reprehendendum arbitretur, qui non exiguum, sed multum sanguinem pro huius mundi effudit redemptione et hodieque nos fundere iubet sanguinem nostrum pro tanto religionis certamine dicens: *Qui vult me sequi tollat crucem suam et sequatur me.* Si autem nequaquam iusta est accusatio, cum aliquis totum se pro pietate offerat et multi sanguinis se mundet effusione, quomodo legem possumus reprehendere exigui stillam exigentem sanguinis, cum praedicemus dominum Iesum multi effusionem sanguinis et totius corporis mortem imperantem? **11.** Nec ipsum circumcisionis signaculum et species feriabatur, quo populus dei velut quodam sigillo signatus corporis discernebatur a ceteris nationibus, nunc autem Christi donatus nomine signum corporis nequaquam requirit, qui praerogativam divinae meruit nuncupationis. Quid autem absurdum, si propter pietatem aliquid doloris vel laboris inferri videbatur, quo

---

97–110 *cf.* Orig.-Ruf. 911 D – 912 A **99–101** *cf.* Hebr. 9,22 **104** Mt. 16,24 **110–117** *cf.* Orig., 912 A

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

97 quid si *M* qui] quis *P edd.* ut *om.M* **98** putat] -ant *AMpc.O*, patant *Mac.m1* putat esse] putasse *E*, esse *om.O* **99** quia *O* **100** is] his *EWar.*, ii *O*, *om.M* **101** arbitrentur *O* **102** fudit *Mac.* redemptionem *Nar.* **103** et *eras.A* hodie quae *Aar.E*, hodie quia **d**, hodie quoque *O* **106** se *om.Nac.* pro pietate] propprietate *B*, proprietate *EHar.M* **ade** **107** effusione] offensione *M*, infusione *P* **108** exigentem *om.O* sanguinis exigentem *tr.P* **109** effusione *F* **110** imperantem *Apr.Bpr. HOPSpc. edd.*, impetrantem *cett.* nec] tunc **a** ipsum *om.EHMac.OW* **111** feriebatur *AEMOW* **d** quo *FMP* **rm**, quod *cett.* **ade** **112** corporalis *AKac.Mpc.* a] ac *N* **113** donatus (-ur *W*) christi *tr.EHMOSW* **114** requirit *Bpc.P* **rm**, -et *cett.* **ade** **115** obsurdum *E*

plus devotio per haec certamina probaretur? Pulchrum etiam ut ab ipsis vitae incunabulis insigne religionis adolesceret et puderet unumquemque aetatis provectioris vel labori vel dolori cedere, quorum utrumque tenera infantia vicisset. **12.** Sed iam levi circumcisionis dolore non opus est Christiano populo, qui *mortem domini circumferens* per momenta singula fronti propriae mortis contemptum inscribit, utpote qui sciat sine cruce domini salutem se habere non posse. Quis enim acu utatur ad proeliandum, cum telis instructus sit validioribus?

13. Iam illud quivis facile refellendum advertit, quia propositum est plerosque potuisse ad sacrae religionis provocari obsequium, nisi essent doloris timore vel laboris contuitu revocati. Et potuit hoc terrere maiorem, quod infantuli plerique sustinebant sine periculo? Esto tamen aliquos infantulos Iudaeorum, cum dolorem circumcisi corporis plagaeque ferventis sustinere non potuerint, defunctos fuisse. Sed hoc nec ceteros deterrebat provectiori aetate robustos, et laudabiliorem faciebat eum qui praeceptis oboedisset caelestibus. **14.** Quodsi hoc in exiguo dolore arbitrantur confessionis fuisse obstaculum, quid de martyrio dicunt? Nam si reprehendunt circumcisionis dolorem, re-

---

122 2Cor. 4,10 **123sq.** *cf.* Exc.fr. 2,46; Tert. coron. 3 (*CSEL 70,158*); Hier. ep. 22,37 (*CSEL 54,201sq.*) **127–130** *cf.* Orig.-Ruf., 912 A **136–140** *cf.* Orig.-Ruf., 912 A

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

119 et puderet *om.Mac.Sac.* proiectioris *Bac.* **121** est *om.FLP* **123** fronte *O* **124** se *om.B* **125** acu utatur] ac (hac *Wpc.*) utatur *Epc.Fpc.Mac.W*, actatur *Fac.*, acuatur *O* **127** quiduis *Apc.* **128** potuisse *om.F* **131** infantuli] *add.* que *M* **132** dolore *M* **133** potuerunt *MP* **d** **133sq.** fuisse defunctos *tr.O* **134** provectiori] -or *EFKac.MN*, -ore *Aac.Kpc.OPW*, -ores *Apc.* **135** faciebant *FKpc.L* prae ceteris *K* **136** quodsi – **138** dicunt *om.Mac.* quodsi] qui *P* **138** reprehendunt] *add.* eum *M*

prehendant et martyrum mortem, per quos cumulata, non minuta religio est. In tantum autem abest nocuisse fidei circumcisionis dolorem, ut probabiliorem fidem faciat dolor; maior enim fidei gratia, si quis pro religione contemnat dolorem, et hic magis habet praemium quam ille qui ideo dolorem voluit circumcisione subire, ut gloriaretur in lege et laudem ex hominibus magis quam ex deo quaereret.

15. Oportuit igitur circumcisionem *ex parte* fieri ante eius adventum, qui totum circumcideret hominem; *ex parte* enim debuit assuescere humana condicio, quemadmodum in *id quod perfectum est* crederetur. Si autem oportuit circumcidi, in qua magis parte membrorum oportuit circumcisionem fieri quam in ea quae quibusdam videtur inhonestior, ut *his quae putarentur ignobiliora esse membra corporis nostri, honestatem abundantiorem circumda*rent, *et quae inhonesta sunt nostra honestatem abundantiorem haberent*? Ubi enim magis vir sanguinis sui admoneri debuit quam in ea parte quae ministerium errori exhibet?

16. Nunc tempus est, ut et illis respondeamus qui dicunt: Si ea pars corporis nostri secundum naturam est, nequaquam eam amputari oportuisse; si non est secundum naturam, non debuisse simul nasci. Qui quoniam tam arguti sunt, et ipsi mihi respondeant, utrum secundum naturam

---

146–149 1Cor. 13,9sq. **149–151** *cf.* Orig.-Ruf., 912 B **152–154** *1Cor. 12,23 **157–171** *cf.* Orig.-Ruf., 912 B

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

139 reprehendant – **141** dolorem *om.O* martyrii *Bpc.* **141** fide **a** **142** gratiam *EM* regione *Aac.*, legione *L* **144** circumcisionis **m**, -nem *A* **145** quaeret magis (magis quaeret *pc.*) quam ex deo *tr.O* **149** crederet *OP* **150** circumcisionem oportuit *tr.O* **151** quae *om.AKac.* uideretur *EHSW* **ader** **152** ut] *add.* in *Fsl.* iis **aerm** quae] qui *Bac.* **153** circumdarent – **154** abundantiorem *om.FH* **156** qua **r** errori *om.B* exhibetur errori *tr.***r** **157** est *om.Eac.* et *om.Mac.O* **159** oportuisset *M* **160** tam quoniam *tr.M* **161** utrum] *add.* si *M*

successio humana sit, quae generationibus adolescit, an contra naturam. Si enim secundum naturam, numquam igitur intermittenda est. Et quomodo integritas virorum, virginitas puellarum, abstinentia viduarum, continentia coniugum praedicatur? Nullum ergo studium quaerendae successionis feriari debuit? Sed ipse auctor naturae non utique generationi obsecutus est, qui de se, cum esset in corpore constitutus, praebuit magisterium et hortatus est discipulos ad integritatem dicens: *Sunt spadones qui se castraverunt propter regnum caelorum; qui potest capere capiat.* **17.** Cum sit autem homo compositus ex corpore et anima – satis est enim interim hoc dicere et silere de spiritu –, non est in utroque idem secundum naturam. Sed quod est secundum corporis naturam, id contra naturam est animae, et quod secundum naturam est animae, id contra naturam est corporis, ut si dicam: Quod secundum naturam est visibili, id contra naturam est ei quod non videtur, et quod secundum naturam est ei quod non videtur, id contra naturam est visibili. Nihil ergo incongruum in hominibus dei, si fiant aliqua contra naturam corporis, quae sint secundum animae naturam.

---

170 *Mt. 19,12 **171–174** *cf.* Orig.-Ruf., 912 D

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

162 humana successio *tr.P* **163** si – naturam *om.Mac.* **167** feriari] fieri **d** **168** generationem *O* **169** discipulos] *add.* suos *AMpc.* **172** anima corpore et *tr.O* est *om.AKac.* **173** hoc dicere] occidere *AKac.* in *om.EHMOSW* **173sq.** in utroque *om.***r** **174** introque *Pac.*, utrique *Spc.W* idem] *add.* utrique **r** quo **a** est] *add.* corpori **r** **175** corporis *om.***r** et – **176** animae *om.Wac.* **177** ut] ubi **a** ducam **a** est] et *Bac., om.Sac.* visibili] -is *Bpc.*, -e *O, add.* .s.corpori *Psl.* **178** naturam *om.Pac.* eius *Bpc.* quod *pr.*] qui *E* videtur] *add.* .s. animae *Psl.* et – **179** videtur *om.BEac.Mac.* **179** ei *om.O* quod] *add.* .i. anime *Psl.* contra] -am *M, add.* natura *B* est] et *Bac., om.S, add.* ei quod est *F, add.* .i. corpori *Psl.* **180** visibili] -le *F,* -is *Bpc.* ergo] *add.* uisibili *N* **181** corpori **r** animae secundum *tr.***r**

18. Qui autem dicunt quoniam plures credidissent, si circumcisio non fuisset, hi sibi responsum hoc habeant, quoniam plures crederent, si martyria non fuissent. Sed praestantior est fortitudo paucorum quam remissio plurimorum. Sicut autem plurima baptismatum genera praemissa sunt, quia secuturum erat verum illud unum in spiritu et aqua sacramentum baptismatis, quo totus redimitur homo, ita plurimorum circumcisio praemittenda fuit, quia secutura erat circumcisio dominicae passionis, quam pertulit Iesus quasi *agnus dei*, ut tolleret *peccatum mundi*.

19. Haec ideo scripsimus, ut ostenderemus quia et debuit praemitti circumcisio quae foris est et ea iam post adventum domini iure videatur exclusa. Nunc autem *circumcisio* est necessaria *quae in occulto est*, sicut *Iudaeus* praestantior qui *in occulto, in spiritu, non littera*. Quoniam cum sint in uno homine duo homines, de quibus dictum est: *Et si qui foris est homo noster corrumpitur* – secundum desideria erroris – , *sed qui intus est renovatur de die in diem*, et alibi: *Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem*, interior est *homo noster* qui est *ad imaginem et similitudinem* dei factus, exterior qui figuratus *e limo*. Sic denique et in Genesi duas tibi creaturas hominis ostendit secundo

---

187–192 *cf.* Orig.-Ruf., 912 C **192** Ioh. 1,29 **195–213** *cf.* Orig.-Ruf., 912 D – 913 B **195–197** Rom. 2,28sq. **199sq.** *2Cor. 4,16 **201sq.** Rom. 7,22 **202** 2Cor.4,16 **202sq.** Gen. 1,26 **203** Gen. 2,7

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

183 autem] hoc *F* **184** hi sibi] his ibi *EMac.Wac.*, hii sibi *HP*, ii sibi *OWpc.* **aerm** **185** fuissent *AK* **m**, essent *cett.* **ader** **187** autem] haec *F* genera baptismatum *tr.O* **188** qui *L* **190** homo] mundus *O* **191** circumcisio *om.F* **192** peccata *AFLP* **m** **194** est] *add.* ut **rm** post iam *tr.M* **195** autem] haec *F* **197** quae *P* occulto] *add.* est *OPar.* in *alt.*] non *Aac.K, del.A, om.O* **198** homine uno *tr.M* **199** si] *add.* is **rm** quis *M* est foris *tr.O* **200** reuocatur *Nac.* **201** lege *Bac.* dei *om.Hac.m1M* **203** factus dei *tr.A* figuratus] -ur *O* **d**, *add.* est *W*

creatum hominem significans. **20.** Sicut ergo duo homines, ita et gemina conversatio est, una interioris hominis, altera exterioris. Et quidem plerique actus interioris hominis perveniunt ad exteriorem hominem, quemadmodum castimonia interioris hominis transit etiam ad castitatem corporis. Qui enim adulterium cordis ignorat, idem utique nescit corporis adulterium. Non tamen etiam illud est consequens, ut qui non adulteravit corpore, non adulteravit etiam corde, secundum illud: *Quoniam qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam adulteravit eam in corde suo.* Nam etsi adhuc non sit adulter corpore, tamen iam affectu adulter est. Ergo est interioris hominis circumcisio; nam qui circumciditur, totius carnis illecebras tamquam praeputium exuit, ut sit *in spiritu, non in carne et spiritu mortificet corporis sui actus.*

21. Et haec est *quae in occulto est circumcisio*; sicut Abraham ante in praeputio erat, postea factus est in circumcisione, sic interior homo noster quando est *in carne*, tamquam *in praeputio* est, quando autem iam non est in carne sed *in spiritu*, incipit esse *in circumcisione*, non *in praeputio.* Sicut autem qui circumciditur, non totam carnem exuit, sed solum praeputium, ubi corruptela frequen-

---

213 *Mt. 5,28 **216–243** *cf.* Orig.-Ruf., 913 B – D **218sq.** Rom. 8,9.13 **220–227** *cf.* Rom. 2,25-29; 4,1–13 **220. 224** Rom. 2,29 **224sq.** Rom. 4,10

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

206 et *om.P* conuersio *A* hominis *om.O* hominis – **207** exterioris *om.B* **207** plerique *om.Pac.* **212** adulteravit *alt.*] -auerit *F* etiam] *add.* et *M* **213** secundum] iuxta *F* illud *om.Nac.* **214** iam *om.Mac.* **215** etsi] si *Mac.* corpore *P* **r**, -ris *cett.* **adem** **217** circumcidit *W* illecebris *F* **220** hoc *O* quae] quod *O*, qui *Bac.* **221** postea *om.Bac.* **223** tamquam – **224** carne *om.Wac.* autem] haec *F* **224sq.** in praeputio *om.O* **225** autem] hic *F* non *om.Mac.* **226** solum] totum *M*

tior, ita qui *in occulto* circumciditur, carnem illam exuit de qua scriptum est: *Omnis caro fenum et omnis gloria eius ut flos feni; aruit fenum et flos eius decidit, verbum autem domini manet in aeternum.* Et remanet *caro* quae *videbit salutare dei*, sicut scriptum est: *Et videbit omnis caro salutare dei.* Quae sit ista caro, munda aures ut intellegas! **22.** Talis ergo debet esse *in occulto circumcisio*, ut nullam habeat comparationem cum ea quae foris est circumcisione. Et ideo *qui in occulto Iudaeus est* ipse praestat; qui est a *Iuda*, cuius *manus supra cervicem inimicorum* eius, qui *recubans requievit ut leo et ut catulus leonis* quem *laudant fratres* eius. Ab hoc *Iuda non deficit princeps*, quia sermo eius principes facit, qui non subiciantur illecebris saecularibus et captiventur voluptatibus istius mundi. Et quia ipse Iudas in hanc generationem venit, ideo plurimi qui postea generati sunt, proferunt ut virtutum principatu gaudeant. Habeamus itaque circumcisionem *in occulto* et *occulto* Iudaeum qui est spiritalis. *Spiritalis autem*, utpote princeps, *diiudicat omnia, ipse autem a nemine diiudicatur.*

23. Debuit ergo legis mandata praescripto circumcisio quae *ex parte* erat cessare, posteaquam venit qui circumcisionem faceret totius hominis et impleret circumcisionem

---

228–230 *Is. 40,6-8 **230sq.** Luc. 3,6 **233–235** Rom. 2,29 **235–238** *Gen. 49,8-10 **242sq.** *cf.* Rom. 2,29 **243–245** *1Cor. 2,15 **247** 1Cor. 13,10

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

229 autem *om.***r** **230** in aeternum *om.L* **231** sicut – dei *om.F* **233** habeam *EHMSWac.* **235** super *F* **236** recumbans *Aac.M* et *om.F* **238** defecit *Bac.*, defuit *Nac.* principis *Bac.* principes] princeps **d** **239** subiciantur *Amg.*, sufficiantur *AKac.Mpc.*, subiantur *Mac.* **240** Iuda *FL* **241** sit *B* proferuntur *OPWar.*, praefertur *F*, praeferuntur **rm**, proficiunt *HS* **ade** ut *om.***a** **243** et] *add.* in **arm** **244** autem] homo *F* **246** mandato *Opc.P* **aer** praescripta *Apc.FOpc.PWpc.* **aer** **247** erant *Bac.* **248** faceret – circumcisionem *om.Aac.* et] ut **d**

legis. Quis autem est iste nisi qui dixit: *Non veni legem solvere sed implere*? **24.** Quamquam si diligenter intendas, et illa sit ratio qua iam cessare debuerit praeputii circumcisio, quia *plenitudo gentium* venit. Non enim gentibus circumcisio mandata est, sed semini Abraham. Sic enim habes in primo oraculo: *Et dixit deus ad Abraham: Tu autem testamentum meum observabis, tu et semen tuum post te in progenies eorum. Et hoc est testamentum meum, quod observabis inter me et vos et semen tuum post te in progenies eorum: Circumcidetur vestrum omne masculinum et circumcidetis carnem praeputii vestri, et erit in signo testamenti inter me et vos. Infans octo dierum circumcidetur vobis, omne masculinum in progenies vestras. Vernaculus domus tuae et pecunia emptus ab omni filio alterius, qui non est ex semine tuo, circumcisione circumcidetur. Et erit testamentum meum in carne vestra in testamentum aeternum. Et incircumcisus masculus, qui non circumciderit carnem praeputii sui octava die, exterminabitur anima illa de generatione illa, quia testamentum meum transgressus est.*

---

249 *Mt. 5,17 **252** Rom. 11,25 **253–268** *cf.* Orig.-Ruf., 902 B – C **254–267** *Gen. 17,9-14

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

---

249 autem] homo *F* est *om.O* **249sq.** soluere legem *tr.M* **250** adtendas *F* **251** quam *Ear.MWar.* praeputii *om.F* **254** deus] dominus *O* ad *om.B* **d** **255** post te] poste *Nac.* **257** et *pr.* – eorum *om.Eac.Mac.* vos] te *P* tuum] vestrum *B* **258** masculum **r** circumcidetis *FKpc.LP* **aerm**, -dis *Bac.*, -des *cett.* **d** **259** signum *P* **r** **260** circumcidetur] *add.* in *FP* masculum **r** **261** uernaculos *Kac.* **262** ab – **263** circumcidetur *om.O* semini *K* **263** circumcidetur] *add.* uernaculus (-os *Bac.*) domus tuae et pecunia emptus *ABEKac.MNW, del.A* testamentum] pactum **r** **264** et *om.P* **265** praeputii *om.O* die octaua *tr.O* **266** de – illa *alt. om.Bac.m1* illa *alt.*] sua *P*

Hebraeus quidem negatur habere de *octavo die*, sicut Aquila significat. Sed non in Aquila omnis auctoritas, qui quasi *Iudaeus in littera* praeteriit nec posuit octavum diem.

25. Interim et octavum diem et in signo datam circumcisionem audisti. Signum autem rei maioris indicium est, indicium veritatis futurae. Et datum testamentum Abrahae et semini eius cui dictum est: *In Isaac* erit *semen tuum*. Ergo circumcidi licuit Iudaeum vel domi eius natum vel pecunia eius emptum. Non possumus derivare hoc ad alienigenam aut proselytum, nisi fuerint in domo Abrahae nati aut pecunia eius empti vel seminis eius. Denique nihil dixit de proselytis, de quibus quando voluit dicere, nominavit eos, sicut habes: *Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron et filios eius et ad omnes filios Israhel et dices ad eos: Homo, homo a filiis Israhel et a proselytis, qui sunt appositi vobis, quicumque fecerit holocaustum.* Ubi ergo comprehendit eos, ibi lex eos tenet, ubi oraculo non significantur, quomodo adstringi videntur? Sic habes denique: *Dic filiis Aaron*, quando de sacerdotibus dicit, habes quando et de Levitis dicit. **26.** Ergo omnifariam claret etiam secundum litteram legis, quamquam *lex spiritalis* sit, et secun-

270 Rom. 2,29 **272–293** *cf.* Orig.-Ruf., 903 B - D **274** *Gen. 21,12 **280–282** *Lev. 17,1sq. **282sq.** *Lev. 17,8 **285sq.** dic filiis Aaron] Lev. 17,1sq. **288** Rom. 7,14

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad[e]rm**)

268 habere] uel ri *Psl.* de *om.* **d** octaua *H* **er** **269** Aquila *pr.*] -as *Bar.* in *om.O* **270** nec] non *F* **271** interim – diem *om.Kac.* diem *om.HS* **272** audistis *Kpc.* autem] hoc *F* maiores *Bac.* **275** vel *alt.*] aut *P* **276** emptum] contemptum *B* diriuare *B* hoc diriuare *tr.P* **278** emptum *F* semini *FKpr.LP* **281** et *pr.*] *add.* ad *O* **aerm** et *tert. om.ABEKac.m1LMNOW* **282** dicens *AWpc.* ad eos *om.O* homo *alt. om.L* a *alt.*] de *F*, *om.Kac.* **283** positi *Aac.* **284** eos tenet *AKN* **aerm**, tenet eos *tr.cett.* **d** significatur *Kac.* **285** denique habes *tr.O* **286** de *om.AK* **287** claret] daret *FL* **288** et *om.EHMOSW* **d**

dum ipsam tamen litteram ad circumcisionem teneri non potuisse nationum populos, sed ipsam circumcisionem in signo fuisse, *donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Israhel salvus fieret* circumcisus corde, non exigua membri unius parte. Ergo satis et excusata a nobis et exclusa est Iudaeorum manens hodieque circumcisio.

27. Quod autem reprehensioni eam dicunt fuisse vel esse gentilibus, primum non habent reprehendere ipsi vel irridere quod alii consortes faciunt sui. Esto tamen, fuerit quod irriderent, quid hoc nos movere debet, cum ipsa crux domini *Iudaeis scandalum, Graecis stultitia,* nobis autem virtus dei sit atque sapientia, et ipse dominus dixerit: *Qui me confusus fuerit coram hominibus, confundar et ego eum coram patre meo qui est in caelis,* docens nos his quae ridentur ab hominibus non commovendos, si qua pro religionis obsequio deferuntur?

291sq. Rom. 11,25sq. **299sq.** *cf.* 1Cor. 1,23sq. **300** Marc. 8,38 *et* Mt. 10,33

ABEF[H]KLMNOPSW; edd. (= **ad**[**e**]**rm**)

---

289 tamen ipsam *tr.OWac.* tenere *B* teneri – **290** circumcisionem *om.Wac.* **291** signum *P* **292** corda *L* **293** et *pr. om.BO* a *om.L* a nobis *om.O* et *alt. om.B* **294** manes *M* **295** reprehensioni eam] -sio meam *N* **298** inrident *K* debent *Kac.* **299** Graecis] gentibus *O* autem] haec *F* **301** confusus *Aac.Eac.Npc.m1OPSpc.W* **aerm**, confessus *cett.* **d** confundar *Aar.Bar.Eac.KOPSpc.W* **aerm**, confitebor (tebor *Nsr.m1*) *cett.* **d** eum *om.MO* **302** meo] *add.* est *W* in caelis est *tr.***d** his] is *M*, iis **arm** quae] qui *B* **303** commovendos] -do *K*, -dus *L* qua pro] quero *B* **304** deferuntur] *add.* contuli *BFL, add.* Explicit liber VIIII (nonus; VIII *K*) *ABEKLMSW*, expl(icit) *O; subscriptio deest in FHNP edd.*

Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum

editum consilio et impensis Academiae Scientiarum Austriacae

Vol. 66/2: **Hegesippi** qui dicitur Historiae libri V. Pars posterior: Praefationem Caroli Mras et indices Vincentii Ussani continens. 1960 (L. 204 pp.)

[1]) Vol. 71: **Cassiodorus-Epiphanius.** Historia ecclesiastica tripartita. Rec. W. Jacob. Ed. R. Hanslik. 1952 (XX. 766 pp.)

[1]) Vol. 72: **Arator.** De actibus apostolorum. Rec. A. P. McKinlay. 1951 (LXIV. 363 pp.)

[1]) Vol. 73: **Ambrosius.** Opera. Pars VII: Explanatio symboli. De sacramentis. De mysteriis. De paenitentia. De excessu fratris. De obitu Valentiniani. De obitu Theodosii. Rec. P. O. Faller. 1955 (XVIII. 125*. 443 pp.)

[1]) Vol. 74: **Augustinus.** Opera. Sect. IV, Pars III: De libero arbitrio libri tres. Rec. G. M. Green. 1956 (XXII. 164 pp.)

Vol. 75: **Benedicti Regula.** Ed. altera et correcta. Rec. R. Hanslik. 1977 (LXIX. 375 pp.)

Vol. 76: **Tertullianus.** Opera. Pars IV: Ad martyras. Ad Scapulam. De fuga in persecutione. De monogamia. De virginibus velandis. De pallio. Opera Aemilii Kroymann usus ed. V. Bulhart. – De paenitentia. Ed. Ph. Borleffs. 1957 (LIX. 170 pp.)

[1]) Vol. 77: **Augustinus.** Opera. Sect. VI, Pars IV: De magistro. Rec. et praefatus est G. Weigel. – Pars V: De vera religione. Rec. et praefatus est G. M. Green. 1961 (LX. 140 pp.)

Vol. 78: **Ambrosius.** Opera. Pars VIII: De fide libri V (Ad Gratianum Augustum). Rec. P. O. Faller. 1962 (XV. 60*. 331 pp.)

Vol. 79: **Ambrosius.** Opera. Pars IX: De spiritu sancto libri III cum Epistula Gratiani Augusti. De incarnationis dominicae sacramento liber I. Rec. P. O. Faller. 1964 (XVIII. 69*. 344 pp.)

Vol. 80: **Augustinus.** Opera. Sect. VI, Pars VI: De doctrina christiana libri IV. Rec. et praefatus est G. M. Green. 1963 (XXIX. 205 pp.)

Vol. 81/1: **Ambrosiastri** qui dicitur Commentarius in epistulas Paulinas. Pars I: In epistulam ad Romanos. Rec. H. J. Vogels. 1966 (LVI. 503 pp.)

Vol. 81/2: **Ambrosiastri** qui dicitur Commentarius in epistulas Paulinas. Pars II: In epistulas ad Corinthios. Rec. H. J. Vogels. 1968 (VIII. 320 pp.)

Vol. 81/3: **Ambrosiastri** qui dicitur Commentarius in epistulas Paulinas. Pars III: Rec. H. J. Vogels. 1969 (VII. 408 pp.)

Vol. 82/1: **Ambrosius.** Opera. Pars X: Epistulae et Acta. Tom. I: Epistularum libri I–VI. Rec. P. O. Faller. 1968 (V. 241 pp.)

Vol. 82/2: **Ambrosius.** Opera. Pars X: Epistulae et Acta. Tom. II: Epistularum libri VII–VIIII. Rec., post O. Faller, M. Zelzer. 1990 (LXXVI. 192 pp.)

Vol. 82/3: **Ambrosius.** Opera. Pars X: Epistulae et Acta. Tom. III: Epistularum liber X, Epistulae extra collectionem, Gesta. Rec. M. Zelzer. 1982 (CCII. 368 pp.)

Vol. 83/1: **Marius Victorinus.** Opera theologica. Ed. P. Henry–P. Hadot. 1971 (XLII. 305 pp.)

Vol. 83/2: **Marius Victorinus.** Opera exegetica. Rec. F. Gori. 1986 (XVIII. 290 pp.)

Vol. 84: **Augustinus.** Opera. Sect. IV, Pars I: Expositio quarundam propositionum ex epistula ad Romanos. Expositio in epistulam ad Galatas. Expositio ad Romanos inchoata. Ed. J. Divjak. 1971 (XXXIII. 258 pp.)

Vol. 85/1: **Augustinus.** Opera. Sect. VIII, Pars IV: Contra Iulianum opus imperfectum. Tom. I: Libri I–III. Ed., post E. Kalinka, M. Zelzer. 1974 (XLIV. 506 pp.)

Vol. 86: **Basili Regula** a Rufino latine versa. Rec. K. Zelzer. 1986 (XXXII. 330 pp.)

Vol. 87: **Eugippius.** Regula. Rec. F. Villegas–A. de Vogüé. 1976 (XXVII. 115 pp.)

Vol. 88: **Augustinus.** Epistulae ex duobus codicibus nuper in lucem prolatae. Rec. J. Divjak. 1981 (LXXXIV. 234 pp.)

Vol. 89: **Augustinus.** Soliloquia. De inmortalitate animae. De quantitate animae. Rec. W. Hörmann 1986 (XXXII. 316 pp.)

Praeparantur:

Vol. 82/4: **Ambrosius.** Opera. Pars X: Epistulae. Tom. IV: Indices.

Vol. 90: **Augustinus.** De moribus ecclesiae catholicae. Rec. J. Bauer.

Vol. 91: **Boethius.** Opuscula

[1]) Hoc tempore exhau

Ambrosius Opera
9 783700 128243